


IESVS, MARIA, IOSEPH, ANTONIVS, FRANCISCVS.

ALLEGATIO IN IVRE.

PRO ILLVSTRI ET FIDELISSIMA CIVITATE BALAGARII, ET PROCVRATORE FISCALI CVRIÆ SECVLARIS EIVSDEM CIVITATIS.

CONTRA

REVERENDOS PLEBANVM CANONICOS, ET PRÆSBITEROS DICTÆ CIVITATIS EIVSQVE SINDICVM, ET REVERENDVM Canonicum Michaelem Esteve, Procuratoremque Fiscalem Curiæ Episcopalis Civitatis Vrgellensis.

IN CAVSA CONTENTIONIS.

CORAM ADMODVM ILLVSTRI, ET REVERENDO DOMINO Cancellario.

1 PVD *Ausoniũ epigrãmate octavo lib.3.* cõmedatũ reperitur,
Incipe dimidium facti est cepisse: superfit
Dimidium rursum hoc incipe, & efficies.
Et apud *Horatium lib. 1. epistola 2.*
Dimidium facti qui cepit habet: sapere aude incipe.

2 ET quia nõ bene incipitur nisi à Domino *cũ initiũ sapientiæ sit timor Domini* idcirco supremum,& Altissimũ Deum invoco,sicut enim testatur Propheta regius *propè est Dominus omnibus invocantibus eum* ad hoc,vt prius

invocato

invocato eius divino præsidio, & sub eius auspicio inchoare, & devenire possim ad demonstrandum claram, & inobscurabilem iustitiã Illustris, & fidelissimæ Civitatis Balagarii in hac causa contentionis; & antea quàm ad ius dicendum deveniam, breviter factum prænarrabo, cum ex isto ius oritur; Postea veró in quatuor partes, seu articulos totam allegationẽ dividã.

3 In Prima parte, seu articulo de genere probationis Adversariorum & qualitate ipsius dicã, nec nõ de illa à Civitate facta; Postea verò ad argumenta, quæ contra istam à contrariis fieri possunt respondere conabor, & in vltimo loco breviter tangam obiectiones, quæ contra dicta, personas, & examina testium ipsorum, ex processu oriuntur.

4 In Secunda parte, seu articulo tractaturus sum, quod priuilegium Civitati Balagarii concessum à Domino Comite Vrgellensi, & confirmatum à Catholica Maiestate Philippi quarti olim nostri Regis Serenissimi (cuius anima in Cœlo requiescat) ligat Clericos, omnesquè alias personas Ecclesiasticas comprehendit. Primo, quia est pro bono publico concessum, & etiam quia respicit æqualiter beneficium, vtilitatemquè Ecclesiasticorum, & laicorũ, imo plus primos, quàm secundos. Secundò, eo quòd libertati Ecclesiasticę eiusquè immunitati non repugnat. Tertiò stante cõsuetudine inmemoriali observantię privilegii prædicti approbata ex consensu summi Pontificis, Episcopi Vrgellensis, & omnium personarum Ecclesiasticarum dictæ Civitatis Balagarii.

5 In Tertia parte, seu articulo, Primo multos Doctores in terminis materiam tractantes afferam, qui nostram opinionem tenent, & probant, & quamplurimas rationes adducam prædictam confirmantes. Secundo clare ostẽdam exequutionem à Civitate Balagarii esse iuridice factam absq; metu incursus censurarũ, & sine præiudicio libertatis Ecclesiasticæ.

6 In Quarta, & vltima parte, seu articulo ad omnia argumenta, & obiectiones, quas (meo iudicio) contrarii facere possunt contra istam nostram sententiam, nec non ad doctrinas, quæ in favore ipsorum allegari possunt (quantum meis parvis viribus permissum fuerit), respondere conabor.

FACTVM A PROCESSV DEPROMPTVM SEQVENS EST.

7 DIE 8. Aprilis 1364 per Dominum Comitem Civitatis Vrgellensis fuit privilegium concessum Civitati Balagarii, nè vinum extraneũ vlla persona ex quocunque gradu, statu, & conditione fuisset in Civitatẽ prędictã introducere auderet, nec ad vendendũ, nec ad propriũ vsum sub pęna de 50. (vt vulgo dicitur *morabatins*. por carrega de vi,) & quod fusta, seu vasa in quibus transgressor vinum inferret, frangantur, & incidantur, & sic fracta, & incisa ponantur super ianuam, seu porticum Ecclesię S. Salvatoris, & dictũ vinũ distribuatur Hospitali, & Cõvẽtui divi Francisci.

8 Die 20. mensis Novembris anno 1667. à Iacobo Corral custode Civitatis prædictæ fuit facta appræhensio vnius salmæ vini estranei quod adducebatur per Michaelem Ruggerium agricolam, & per Civitatem fuit executioni mandata pœna iuxta formam privilegii prædicti, & immemorialis observantiæ ipsius contra Ecclesiasticas laicasque personas.

9 Præ-

9 Prætendunt adversarii hoc facere nullo modo Civitatem potuisse, pluribus, ex causis, & Civitas contrarium.

10 Facto iā prænarrato, ad ostendendā summā iustitiā Civitatis devenio.

ARTICVLVS SEV PARS PRIMA.

11 CERTVM, indubitatumque est in iure, quod sicut clericus regulariter est exemptus à iurisdictione seculari, ita & laicus habet fundatam regulam, & intentionem pro se quod non est subditus iurisdictioni Ecclesiasticæ, cum ipsa regulariter non sit capax laicos iudicandi, prout ita scriptum reperitur apud Hostiens. *in sūm. de for. compet. n. 2.* ℣. *ex premissis,* tamē hoc fallit in his, quæ pertinent ad Ecclesiasticū forū *ita Ansald. de iurisdic. par. 2. cap. 2. tit. 2. n.* 18. & sic Civitas cliens habet pro se regulā, & intentionem fundatam quod tanquam exempta, & laica non potest nullo pacto ab Illustrissimo Episcopo Vrgellēsi in iudiciū vocari, & regulæ in dubio inhærendū est donec exceptio, vel limitatio probetur *l. illud. C. de Sacrosanctis Ecclesiis l. vltim. C. de hæredibus instituendis l. apud antiquos, c. de furtis, l. ab ea parte ff. de probat. cap. 2. de coniung. lepr. glos. in rubric. de regul. iur. lib. 6. Franc.* Viu. *decis.* 67. *n.* 15. Surd. *decis.* 255. *n.* 2. *& decis.* 322. *n.* 40. *cum seq. & cons.* 356. *n.* 18. Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 4. Caldas Pereyra *de extinction. emph. cap.* 2. *n.* 26. Gonzal. *ad regul.* 8. Cancell. *glos.* 8. *n.* 10. *cum seq. & infiniti alij*, & adversarij se fundant in limitatione, & fallentia, nēpe, quod habet Episcopus iurisdictionem, quia immunitas, & libertas Ecclesiastica violata, fuit ex modo procedendi ab ipsa Civitate in præsenti causa, & sic se fundat in limitatione proinde adesse in casu ipsiꝰ cōcludēter probare debēt iuxtà doctrinā Bartoli *in l. quoties, ff. si quis cautionibus,* cū qui regulæ contradicit, assertionem suā expressé probare debeat *d. l. ab ea parte, ff. de probat. cap. ad decimas de restitut. spoliat.* Bertaz. *in repet. l. si quis maior, C. de transact. n.* 603 *&* 604. rationē reddens, quia tenaces sunt regulæ iuris, à quibus recedendum non est, nisi contrarium expresse reperiatur in ipso iure Vivius *in dict. decis.* 67. *n.* 14. cū qui habet regulā pro se intentionē fundatā habeat, & ab onere probādi relevetur. Mascard. *de probat concl.* 1261. Bernard. Greu. *ad pract. Camer. Imper. lib.* 2. *concl.* 36. *consid.* 1. Tusch. *tom.* 6. *tit.* 7. *conclus.* 74. Guttierez. *de iur. confirmat. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 64. & secundum regulam semper est pronūtiandū Mendez de Castro *in praxi. Lusit. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 9. Ioā. Mari. Novar. *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 109. *n.* 5.

12 Porrò nō solū Civitas cliens habet intentionē fundatam in hac causa quia laica, sed etiam tanquam pretensa rea, cum ex facto clarè constet esse actores aduersarios, Civitatē Reā, & sic aliā regulā iuridicā pro se Civitas habet ad contentionem obtinendam, nempe, quod regulariter actor forū rei tenetur sequi *l. in criminali, C. de iurisdict. omnium iudicium, l. iuris ordines C. eodem tit. cap. sanè, cap. cum sit generale, cap. si clericus de foro competenti.* Anton. oliban. *de iure Fisci,* Cardos. *in praxi. Iudic. & Advocator verb. actor. n.* 5. Sessé. *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *n.* 7. *& cap.* 26. *n.* 3. Castill. *controvers. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 8. Petr. Barbos. *in l. hæres absens* §. *proinde n.* 8. *cum seq. ff. de Iudic.*

13 Favet etiã Civitati ad victoriam conſequendã in hac cauſa cõtentio-
nis alia regula iuris, ſcilicet, quod actore non probante reus abſol-
vitur *l. extat. 24. ff. de iure Fiſci*, *§. retinendæ inſtitut. de interdict. l. actor*
23. C de probat. l. vltim. C. de reivend. cap. 6. quæſt. 5. cap. inter dilectos de fi-
de inſtrumen. cap. cum Eccleſia de cauſ. poſ. & propriet. cap. vnic. in princip.
vt Eccleſiaſt. bona cap. vlt. §. ſanè de iure iurando, Covar. *var. lib. cap. 1. n.*
8. Florez. Diaz. ad Gammam *deciſ. 36. n.* 1. Seſſé *deciſ.* Aragon. 217. *n.* 4.
14 Ex prædictis, & multis aliis iuridicis, & incontrovertibilibus iuris cõ-
cluſionibus Civitas cliens defenditur, & munitur adverſus pretenſionem
contrariorũ contra quos omnia iura exclamant tam canonica, quam civi-
lia; & ſic deveniamus ad cognoſcendum quomodo probant, & fundant
ſuam intentionem, quia eſt indubitatum, quod ſi evidenter non pro--
bant à Civitate libertatem Eccleſiaſticã, & immunitatem violatam fuiſſe
nullo pacto obtinere poſsũt in cauſa iſta contentionis, cum fundamẽtum
ſit limitationis regularum prædictarum, & cum actores ad obtinendum
contra Civitatem Ream pretenſam documentis publicis, vel probationi-
bus concludentibus induti eſſe debeant, cum Reus etiamſi de ſuo iure
non conſtet nihilque omnino probet etſi prædo ſit abſolvendus venit. Ita
Paul. Emil. Veral. *deciſ. 17. n. 1. & 2. par.* 1. Magon. *deciſ. lucens. 8. in fine,*
Rota Bononienſ. *deciſ. 98. n. 57. & deciſ.* 104. *n.* 41. *in congeſtis* à Fontas. &
Lipſio Anton. Monach. *deciſ. lucens.* 25. *n.* 1. Cravet. *conſ.* 104 *n.* 18. *& cõſ.*
177. *n.* 1. Actor verò contra Reum non probans calumniator dicitur *l.* 1.
§. incidit ff. ad S. C. Turp. Bart. *in l. non ignorat n.* 1. *C. de fruct.; & lit. ex-*
penſ. Bald. *in authent. generaliter n.* 13. *℣. Secundo queritur*, *C. de Æpiſcopis,*
& clericis, Camill. Borrell. *in sũm. deciſ.* 2 *p. tit.* 2. *n.* 17. & hoc militat etiã
ſi Reus aſſumpſit in ſe onus probandi Ceſar Manent. *deciſ.* 69. *n.* 8. Oſalc.
deciſ. 144. *n.* 16. Triviſ. *deciſ.* 4. *n.* 30. *lib.* 1. Ioſep Ludovic. *deciſ. lucẽs.* 11. *n.* 13.
15 Adverſarii pretendunt immunitatem; libertatemque eccleſiaſticã
violatam eſſe ex eo, quia in menſe Novembris 1667. cum Reverendus
Canonicus Michael Eſteve introire feciſſet, vt vulgo dicitur *vna carre-*
ga de vi pro ſuo vſu, Cuſtos eam apprehendit, & duxit in domum Civi-
tatis, & dicta Civitas, abſque cauſæ cognitione illum incidiſſe in trãſgreſſio-
nis pęnam declaravit, & fecit vinum dividi Oſpitali, & Cõventui S. Fran-
ciſci, nec non fuſta, ſeu vaſa, vbi vinum conducebatur fecit in publica
ign ominia apponere; non obſtante quod dictus Canonicus dixit cuſtodi
ſuum eſſe vinum prædictum, & ſic tota vis dicti Canonici cõſiſtit, quod cũ
vinum eſſet perſonæ Eccleſiaſticæ nõ potuit Civitas in illud ius exercere
nec declarare incidiſſe in pęnã trãſgreſſionis, cũ poteſtatem ad hoc faciẽ-
dum (tãquam ſecularis) nõ haberet; & ſic vnicum fundamentum, & lapis
angularis, ſeu columna totius huius edificii (meo iudicio) eſt, vinum eſ-
ſe clerici; cum certum ſit, quòd ſi vinum non fuiſſet ipſius; vel non con-
ſtaret ſuũ eſſe in proceſſu, nec probatũ extitiſset, ex hoc capite omne edifi-
catũ corrueret, cũ fundamento deſtructo corruit edificatum, *iuxta regulam*
Textus in l. nam Origo ff. quod vi aut clam l. egi tecum ff. de exception. rei iudi-
catæ cap. cum Paulus 19. Flam *de reſignat. lib. 9. quæſt. 25. n.* 26. Gonzalez
ad regul. cancellariæ gloſ. 31. *n.* 31. *cum ſeq. vſque ad n.* 50. vbi copioſiſſime 16 Meum
ad materiam.

16 Meum est igitur evidenter demonstrare nullo pacto, nec tempore quo Civitas cōdemdavit vinum incidisse incommissum (quo tempore est inspiciendum ad hanc contentionem determinandum *argument. l. in tempus 62. ff. de hæredibus instituen.*) nec nunc probatum extitisse vinum esse Canonici prædicti.

17 Et quod tempore executionis non constabat aperté infertur, & colligitur ex articulatis, & probatis per adversarios metipsos, cum dicant in 1. 2. & 3. articulo, quod aliunde non constabat, nec constare fecit Canonicus p ædictus vinum suum esse, nisi quia ita dixit in voce,& quia sic asseruit esse; & nō propter aliud; & tamen scimus quod dicere non sufficit sed probare quod dicitur cū asserēti onus probandi incumbat. *L. verius ff. de probat.* Card. Tusch. *lit. A conclus.* 117. *num.* 2. *& liter. P conclus.* 768. alias si sufficeret verbaliter tantū dicere clericū rem à laico introductā cōtra prohibitionē,esse suam ad evitādam pœnā cōmissi in quā sæcularis incidit; certum est quod nulla pœna exequeretur, & quod omnes laici potuissent libere, & absquè vllo metu pœnæ vinū extraneum introducere semper ac eis placueret,cum facile admodū foret Clericos,invenire qui dicerent suū esse;qua propter non creditur simplici assertioni ipsorum nisi aliunde evidenter probēt ita esse,quia aliàs viā fraudibus esset aperire provt de communi opinione Testatur Castrens. *cons.* 119. *viso sufradicto column.* 2. *Pulchre.* Dec. *omni no videndus;quia in Clerico loquitur in cons.* 132. *n.* 2.

18 Et tamen vt in fortioribus terminis, vel in proprijs nostris adducam doctrinam,dico quod qui vinum ducebat; non erat familiaris, Canonici, cum hoc probatum non solum extet, imo ex processū colligatur quod talis non est quia dicit in sua depositione se Agricolam esse; & sic erat simplex cōductor;quo stante, terminans est Consilium Baldi 198. *lib.* 2. ibi: *Nec enim excusatur veniendo contra prohibitionem statuti eo quod vinum conducat alienum ad portum vt ff. locati, & conducto l. placet §. navem. Nec obstat si dicatur quod privilegio Ecclesiastico debet iste conductor excusari sicuti excusantur familiares præsbyterorum vt C. de Episcop. & cler. l.* 1. *quia iste non tanquam familiaris; sed ratione mercedis istud vinum conducebat, vt ff. de publ. l. licitatio §. mercatores*,& si dictum consilium aliqui DD. contra nos citant tamen non bené (sicuti alio loco dicimus) cum in dicto consilio. Baldus referat fuisse iudicatū vinum à conductore ductū in cōmissum incidisse(nō obstāte quod asserebatur á Clerico, & Nauta esse apportatū pro vsu Ecclesiasticæ personæ)contra prohibitionē de vino extraneo nō apportando sub pœna amissionis ipsius, & aliquarum pecuniarum; & Baldus prædictus defendit, & firmat executionē iuridicè factam esse à Curia Seculari, & quod ipsa benè processit, & potuit ad vinum amissionem, & alias pœnas conductorem condemnare; & ipse tantum se fundat (provt supra) quia non erat familiaris qui vinum apportabat sed conductor, sicuti planè evenit in casu nostro.

19 Et hoc indubitanter in nostris Terminis militat, cum nulla notitia neque verbalis fuit à Reverendo Canonico prædictæ Civitati data sicuti colligitur ex processu vbi non solum, non constat probatum (quomodo necessarium esset; quia scientia non præsumitur imó ignorantia. *L. verius*

rius

rius de probationibus, regula præsumitur de regulis iuris.) Sed nec etiam articulatum fuisse, neque dictum; imò patet quod solum verbaliter, & absq; iuramento Reverēdus dictus Canonicus dixit Custodi dictum vinum suū esse, & non aliud. Et sic Civitas tanquam ignorans vinum esse Reverendi Canonici nō solum non erat in dolo, sed in bona fide, quapropter merito potuit executionem contra laicum facere, qui vinum ducebat, & illam faciēdo nullo modo libertatem, immunitatemquè Ecclesiasticam læsit; ideo contentio in favorem ipsius declarari debet.

20 Tanto fortius quod Bona Ecclesiasticorum tantummodo, privilegio Ecclesiastico gaudent (si non adest prohibitio) quando in potestate Clericorum sunt, vel certé constat ipsorum esse ita resolvit Fermosinus *in capit. si Clericus laicum: num. 9. quæst.* 13. ex Balboa. *in eod. cap. à num.* 14. *vsque ad* 17. de Foro. competenti. & idem dicit, & tenet Graña *in d. cap. num.* 3. sed in casu nostro, nec vinum erat in potestate Clerici, sed laici (& Dominium non attenditur, sed detentio) qui illud ducebat, nec certè, nec incertè tūc Civitati constabat esse prædicti Canonici, cum non solū probatum non extitit, saltem quod Custos notitiam dedit Civitati, & revera Custos nihil Civitati retulit quod dictus Canonicus ei dixerit vinum suū esse, imò nec etiā articulatum, nec vllomodo assertum reperitur, & sic scientia Custodis ex sola assertione verbali Canonici non est sufficiens ad faciendum quod Civitas ignorans incurrat in censuras, nec vt executio ab ipsa facta Ecclesiasticam libertatem Lædat (& meo Iudicio Doctor nullus inveniri potest qui in istis Terminis ausus fuerit hoc affirmare) cū quelibet ignorantia ab incursu censurarū excusat ita Gibalinus *de censuris disput.* 9. *quæst.* 1. Avila *in simili tract.* 2. *part. disput.* 5. *dub.* 6. *cap.* 5. & omnis causa etiam bestialis, præsumpta, & iniusta à pœna excusat Capic. Latr. *decis.* 85. *num.* 24. & infiniti alii.

21 Et quod ad præsens nec etiam constet prædictum vinum dicti Canonici esse, à probatione ab ipso facta ophthalmically ostenditur, vnde si non probavit Canonicus iste actor quod est fundamentum intentionis suæ, certum est nō sufficere, quod ipse asserat suum esse vinū, cum actor etiā si persona insignis, Religiosa, & valdè honesta sit, ab onere probandi concludenter quod dicit non relevatur. Glos. fin. *in fin. cap. sicut desent excummunicat.* Camill. Borrel. *in summ. decis. part.* 2. *tit.* 2. *de probat. num.* 20. *cum duobus sequentibus.* Dec. *in l. qui accusare num.* 11. *C. de edendo.*

22 Octo verò sunt Testes producti, & examinati in hac causa in favorē Canonici, & Ecclesiæ, videamus igitur si isti probant vinum predicti Canonici esse; Primus Testis Iacobus Mata est qui interrogatus super 1. 2. & 3. articulo (in quibus tota materia pertinens ad dictam probationem adest quia in aliis non tractatur de probando vinum esse prædicti Canonici; sed de spectantibus ad materiam Immunitatis;) super primum dicit non scire in eo contenta sed tantùm audivisse publicé dicere; super secundum, & tertium dixit nescire; vnde cum iste Testis sit tantum de auditu nō probat iuxtà tradita per Text. *in cap. licet ex quadam de Testibus* vbi omnes Canonistæ, & infiniti alii DD. citati à Farin. *in quæst.* 69. *cap.* 1. *num.* 2. *& in seqq.* numeris ipse Farin. quam plures rationes assignat; Noguerol.

rol. *allegat.* 23. *num.* 94. *& allegat.* 25. *num.* 274. *&* 275. & hoc procedit etiam in favore piæ causæ pro vt de cõmuni opinione, testatur idem Farin. *in præcitato loco in num.* 21.

23 Tãto fortius quod iste Testis nõ exprimit aquibus audivit dicere quo stante difficillimè inveniri potest Doctor, qui dicat Testes tali modo deponentes probare; ita citat. Farin. *loco supradicto in nu.* 75. *& seqq.* ; *& in tota dicta quæstione* 69. bene probatur probationẽ nullam Testes similiter dicẽtes facere posse; & in specie sicut deponit prædictus Iacobus Mata.

24 Secundus Testis qui supra dictis tribus articulis interrogatus fuit in folio 78. à. tergo est Ioannes Baptista Cases; & iste deponit de auditu dicti Canonici nempe quod Canonicus prædictus ei dixit quod expectabat vnam salmam vini, & quod Custodi notitiam dedit in voce esse suum; & sic etiam iste Testis est de auditu dicti Canonici tantum, & per consequẽs nihil probat ex supra traditis, & ex celebri, & cõmuni doctrina Doctorum qui tenẽt, quod testes de auditu non probãt, quãdo à personis suspectis dicunt audivisse, cũ non sit credẽdum plus copiæ quam originali, & fides nõ est adhibenda illis Testibus de auditu quorum authores repellũtur ad dicta per citat Farinac. *in loco supradicto in num.* 85. & in specie quod non creditur Testi deponenti de auditu à parte interessata, & litigante consuluit Hipolit Riminald *consil.* 60. *num.* 2. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 571. *nu.* 22. *lib.* 5. *vbi de auditu á querelante, & nu.* 24. Alexand. *consil.* 112. *incipit viso quodam instrumento num.* 11. *lib.* 2. *& in consil.* 71. *incipit in causa. & tit. num.* 3. *lib.* 7. *sequitur* Emil. *in tractat. de Testibus in materia Testis de auditu fol.* 296. *num.* 18

25 Eo magis quod ex suo proprio dicto convincitur de falso, cùm dicit quod ipse erat in Ianua Civitatis, quando vinum introivit, & postea dicit vidisse dictum vinum in domo Civitatis prædictæ, & tamen scimus per Theologos disputari vtrũ homo in pluribus locis, eodẽ tẽpore per divinã potentiam adesse possit; & qui affirmativam sententiam sequuntur hoc solum de divo Antonio asserunt.

26 Nec obstat replicare, quod Testis dictum reconciliare potest, cum benè potuerit in vno tẽpore adesse in Ianua Civitatis, & in alio in domo, stãte quod non deponit de vnico actu, sed de reiterato, & diverso: Quia primo respondetur quod hoc non colligitur ex dicto Testis, cum ipse non dicat quod post quam vidit vinum introyre quod successit in Ianua, fuit in domo Civitatis vbi vidit vinum exonerare, nec vllam rationem sui dicti reddit (pro vt in sua depositione legi, & cognosci potest) & sic vel est falsus vel si reconciliari potuisset hoc solum esset ad falsitatem evitandam non tamen ad probationẽ faciendam ita Noguerol. *qui ex multis hoc firmat in allegat.* 26. *num.* 110. & est conclusio satis trita in iure; cum reconciliatio per interpretationem supletivam (provt esset in casu nostro) admittitur tantum ad evitandam falsitatem non ad probandum; Bald. *in l. de quibus num.* 38. *in fin. ff. de legibus.*

27 Tertius Testis in fol. 79. à tergo est Didacus Astèr qui supra primũ Articulũ dicit quod cũ in die de quo in articulo fit mẽtio esset in sua domo vidit quod Iacobus Corral Custos ducebat vnam salmam vini, & quæsivit

ab eo

ab eo vbi ducebat illud, & dictus respōdit ad domū Civitatis, quia in mādatis habebat nullum vinum estraneum introyre facere etiam si fuisset de personis Ecclesiasticis; super secundum, & tertium articulum dicit audivisse esse verum quia erat publica vox, & fama in Civitate quo stante certum est dictum Testem nullam probationem contra Civitatem facere cum non dicat scire dictum vinum esse Canonici prædicti; nec de fama còncludenter deponit, & cum circunstantiis, & qualitatibus requisitis à Bartolo *in l. de maiore §. plurium de quæstionibus* Noguerol. *allegat.* 23. *num.* 95. *& seq. & in specie* Farin. *quæst.* 70. *cap.* 6. *num.* 161. *omnino videndus.*

28 Quartus Testis est Ioānes Baptista Cales, in fol. 81. qui super primum articulū deponit, quod cū Canonicus Esteve ducere fecisset vna vt vulgo dicitur carga de vino estranjero, quæ cum ad ianuam esset, custos petijt ad quem ipsam ducebat, & quo ibat, & ille respondit, quod erat Canonici de Esteve, & tunc dixit custos quod erat necesse ire prius cū illa ad domū Civitatis, & tunc dixit Canonicus prædictus de Esteve, quod dictū vinum erat suum, & pro suo proprio vsu, & quod (post aliqua) custos prędictus dictum vinum eripuit, & illud duxit in domū Civitatis. Super 2. dixit scire, quia audivit dicere á custode prædicto, quod duxit dictum vinū in domū Civitatis; Super tertium dixit nescire. Iste testis est minor cum dicat esse 19. annorum pro vt legitur in sua depositione, & tanquam talis fidem non facit, cum, tractatur de incursu censurarum, quæ causa ardua dicitur, & in causa ardua testis minor viginti annorum nō probat; iuxta tradita per Crot. *de tèst. par.* 3. *num.* 70. *vers. ex quo videtur posse inferri per tex. in l. propter litem §.* 1. *ff. de excusatio. tutor.* Et hoc viget sine difficultate quando alii testes actu, & habitu adessent, qui hoc factum scire potuissent ita Farinac. *de testib. quæst.* 58. *n.* 35. 36. *& melius in n.* 41. (quod militat in casu nostro) quia multi alii testes hoc factum (si fuisset verum) scire poterant.

29 Ex alia causa, nō minus vrgenti prædictus testis in præsenti causa productus, & examinatus nullam fidem facit, nempe quia nullam rationem dicti sui reddit, cū testis depositio sine ratione sit ipso iure nulla, vt expressé voluit Bald. *in l. solam not.* 1. *vers. nota quod tale testimonium C. de testib.* nec præsumptionem facit; Speculat. *in tit. de test. §.* 12. *nu.* 61. Alex. Sciat. *in pract. iudic. cap.* 16. *nu.* 62. Abbas *in cap. cum causam num.* 6. *in princ. & ibi etiam* Felinus *nu.* 2. *sub prima fallentia vers. talis testis eodem tit. de testib.* & dicitur testis deponēs sine ratione, deponere tāquam pecus, secūdum Bal. *in l. ædita C. de edendo* quē in proposito allegat Hippolit. Riminald. *cons.* 222. *nu* 33. *lib.* 2. *& cons.* 686. *nu.* 21. *lib.* 6. & multas ampliationes ad hāc regulam habes apud Farinac. *in quæst.* 20. *in tractat. de testib. nu.* 4. 5. 6. 10. 12. 33. 34. 35. & melius *in num.* 42. & terminātet in casu nostro cōcreto, quod testis quando deponit aliquem esse dominum alicuius rei debet causam sciētiæ dicere, & exprimere, alias nō probat; dixit idem cit. Farinac. *ibidem in num.* 46. *ibi amplia* 21. (*& hæc ampliatio, provt fere omnes aliæ sequentes, veniunt illativè ex proposita quarta principali ampliatione,*) *vt etiam non interrogati testes debent reddere rationem, quando deponunt super dominium, dicendo, puta quem esse dominum alicuius fundi domus, vel rei; talis enim cognitio non*

non cadit sub sensu corporeo, sed sub iudicio intellectus; ideo reddenda omnino est ratio, & postquam allegavit 40. DD. subiungit in fine dicti numeri, *ex quibus hanc ampliationem non solum communiter receptam apparet, sed ab omnibus nemine contradicente approbatam*; sed dictus testis dicit, quod Canonicus Esteve fecit ducere vinum extraneum, & nullã reddit causam sciẽtiæ, nec in tota responsione dicti primi articuli aliqua invenitur merito est dicẽdum, quod dictus testis nõ solum non probat, sed potest tãquam falsus puniri ad tradita in proposito. per Addẽ. ad Abbat. *in cap. cum causã num. 6. lit. D. vers. item adde, quæ de hac materia extra de testib.* Montic. *reg. crim. 15. num. 9.* Tindar. *in tract. de testib. lib. 1. cap. 11. num. 21.*

30. Tanto fortius, quod dictus testis animosé, & extra articulos dicit, cum aliis quod violenter eripuit vinum custos prædictus, & tamẽ hoc ab adversariis nõ narratur in nulla supplicatione, nec articulatum fuit, & est credendum, quod si verum fuisset, vtiquè articularent, & narrarent cõtrarij, & sic duo cõclusiones legales colliguntur in favorem Civitatis. Primà, quòd iste testis, & alij tanquam deponentes animosé extra articulos, & de re, super quã nõ fuerunt interrogati non probant, cit. Farinac. *de testib. quæst. 71. opposit. 24. num. 1. ibi opponitur 24. contra testes, qui deponunt extra articulos, & ideo nihil probant, & postquam infinitos DD. allegavit in fine dicti numeri dicit ex quibus apparet hãc conclusionem communiter à Doctoribus receptam*, nec fallentiæ, seu limitationes ab eo adductæ ibi in nostro casu adaptari possunt, & confirmat prædicta Noguerol. *omnino legendus in proposito in allegat. 32. n. 64.* Secunda conclusio est iam tacta superius, nempe quod nõ reddit dictus testis rationem dicti sui, nec violentiæ prædictæ, & tamen eam reddere debebat ad tradita per Soc. *regul. 41. in vltim. fallent.* vbi dicit, quod testis deponens super violẽtiã illatã debet causam scientiæ reddere aliàs non probat, ex quibus est concludendum, dictum testem nullam probationem facere contra Civitatem.

31 Quintus testis qui examinatus reperitur in fol. 82. est Michael Roger, & est ille, qui vinum ducebat, & iste dicit super primum, secundum, & tertium articulum, & signanter quod de ordine Canonici prædicti fuit in Villa de Cubelles ad vinum exportãdum, & sic videtur, quod iste testis probat vinum esse Canonici de Esteve; tamen opportet scire quod iste testis fidem non facit, & nullo modo probat in ista causa, ex eo, quia est ille, apud quẽ vinũ repertum fuit, & qui tamquã controveniẽs statuto in pænam in ipso contentam incidit; & sic tanquam testis interessatus, & tractans de se exonerando fidem vllam facit Farinac. *de testib. quæst. 60. n. 4.* quod tanto fortius in casu nostro est dicendum cum iste testis deponit in causa propria, & nemo esse potest testis in illa *iuxta tradita per cit. Farinac. loco sup. d. in nu. 1. & 2.* & hoc etiam militat si secundarium, & in cõsequentiam interesse aliquod haberet *glos. in l. omnibus in verbo inter propria C. de testibus*, Salic. *ibidem num. 1. vers. sed nec hæc videtur tũta iuncto n. 2.* etiam si sit Clericus Ruin. *in cons. 137. n. 13. vol. 5. quẽ sequitur* Menoch. *cons. 45. num. 26.* & etiãsi Rex, seu Princeps esset *Franciscus Curt. Papiens. in tractatu de testib. conclus. 4. n. 14.* Paris. *cons. 14. n. 4. vol. 2.* Dec. *cons. 410. n. 10.* Ioan. Mar. Montic. *in suo repertor. test. verbo testi pro seipso fol. 58. col. 2.*

vers.

vers. 3. vbi etiam de Papa, & interminis terminantibus dixit Farinac. *in cit. quæst.* 60.*n.*13.ibi *amplia* 14.*& illativè ex præcedenti ampliatione vt propterea non credatur famulo, portitori, negotiorum gestori, seu alteri, cuiusuis persona, dicenti se portasse Titio librum, pecunia, seu alia sibi ad hunc effectum à Mevio consignata, tractat enim sic dicendo de se exonerando, ideo fidem non facere comuniter receptum est per Doctores.*

32. Nec prima limitatio à Farinac. tradita ad dictã ampliationẽ adaptatur in casu nostro, nec 2. cũ iste testis, qui ducebat vinũ nõ erat de illis personis, quæ faciũt particularem artem portandi puta vinũ, frumentum &c. stãte quod hoc non solum non fuit probatum, imò dicit prædictus testis in sua depositione, quod est agricula, & tantum portator dicti vini, & sic sumus in propriis terminis ampliationis prædictæ, & non limitationis; cum iste testis erat qui vinum ducebat, & non Canonicus, & sic præsumptionẽ contra ipsum habet; tanto fortius, quod fuit probatum á Civitate, quod non erat credendum, vinum prædictum esse Canonici, vnde adaptatur in casu nostro illa alia iuris conclusio, nempe quod testis non probat etiam si habere potest in causa aliquod interesse præsumptum, vt dix. Farinac. *in dicta quæst.* 60.*n.*16. *&* 17. ibi *sufficit enim ad repellendum testem à testimonio vt præsumatur ipsum habere interesse in causa, in qua deponit, etiam quod non apparet certitudinaliter*, & subiungit *sic in simili, & præsumptam affectionem in teste idem operari quod expressa.*

33. Est etiam dictus testis contrarius cum aliis, cum dicit quod invenit Canonicum prædictum extra ianuam, & alii dicunt intra, merito fidem non meretur, ad tradita per citat. Farinac. *in dicta trat. de testib. quæst.* 65. *part.* 4. *n.* 248. ibi: *Quero 2. duo sunt testes vnus dicit quid factum fuisse in domo, alter verò dicit in portico domus; an tales testes dicuntur contrarij, & singulares; an verò possint aliquo modo concordari, dic, quod sunt contrarij, & singulares; licet enim porticus sit pars domus, nec porticus dicatur porticus extra domũ non tamen dicitur locus in domo.* Et in fol. 83. atergo adest sextus, testis, qui est Philippus Mora, qui interrogatus super primum, secundum, & tertium articulum dicit nescire, & sic iste testis non probat nihil circa quod vinum erat Canonici prædicti.

34. Nec etiam probat aliquid circa prædicta septimus testis in fol. 84. qui est Franciscus Scrivà, cum nihil deponit super primum, secundum, & tertium articulum, & quod plus est, neque fuerunt interrogati super dictis, nec interrogatio relicta ex consensu partis fuit, pro vt stilatur, & practicatur, vnde oritur magna præsumptio, quod fuit omissa data opera, quia forsan in favorem Civitatis deponere voluissent.

35. Vnde ex dictis clarè patet nullo modo probatum fuisse vinum dicti Canonici esse quia probationes per scripturas non adsunt, nec hoc deponunt testes, & qui dicunt, fidem non merentur, vt ex supratraditis non obscure infertur, ac colligitur.

36. Tanto fortius, quod sunt omnes singulares ad dictam probationem faciendam, & tanquam tales etiam si tanta defecta non haberent, vtiquè non probarẽt *ad plenè tradita per cit.* Farinac. *in quæst.*64.*in tractat. de testibus per totam, & signanter in num.* 33. 34. 35. *cum tribus seqq.* & testis

sin-

singularis ille proprie dicitur, qui in sua depositione contestem non habet, & sic quando quis deponit de eo, quod ipse vnicus, & solus scit, & alius nescit, vel si scit non eodem modo deponit Mascard. *de probat. lib.* 2. *conclus.*856.*n.*2. Papien. *in forma oppos. cont. testes vers. sunt, qui etiam singulares nu.*1. *quem refert,& sequitur.*Pegna.*in direct. inquis. par.*3. *comment.* 121. *col.* 2. *vers. testis verò singularis*; sed in casu nostro omnes isti testes, qui deponũt nullum in cõtestem habent, seu soli sciunt, vel nõ eodem modo deponũt, vt evidenter patet ex lectura depositionum ipsorum; ergo ex isto solo capite nullam probationem faciũt. *Ad tradita per* Noguerol. *in allegat.* 23. *n.* 86. *& seqq.* Nec obstaret potest, si adversarij dicerẽt, quod dubitari nõ potest, quod dictum vinum esset prædicti Canonici, ex eo quia Civitas hoc articulavit, & testes ab ea producti hoc probãt, & specificè Iacobus Corral custos, & sic tanquam testis à Civitate productus etiam si vnus, & singularis fuisset plené probaret, *ad tradita per cit.* Farinac. *in quæst.*62.*limitat.* 10. *per tot.&* 237. quia multifarie respõdetur, primo cũ traditis ab ipsomet. Farinac. *in nu.*231. *ibidem,& per totam dictam limitationem decimã in quæst.*62.

37 Secundo respondetur, quod nec Civitas, nec vllus testis, nec Iacobus Corral custos hoc dicit, cum Ciuitas tãtum articulavit (provt est vidẽdum in articulo primo,) quod Canonicus prædictus introire fecit dictum vinũ sub prætextu, quod pro sua persona, & vsu serviebat; & sic nõ articulat vinum esse prædicti Canonici, imo quod non erat suum; quia dicere, quod fecit introire vinum sub motivo, quod pro eo serviebat, nõ est dicere, nec confitere vinum esse dicti Canonici, & etiam certum est, quod testes omnes Civitatis, qui super articulum hoc deponũt, vel dicunt nescire, vel audivisse dicere factum esse, sicuti in articulo narratur, provt claré patet, ex lectura suarum depositionũ, solus enim Iacobus Corral custos dicit, quod ipse tulit vinum Canonici de Esteve de mandato Civitatis; Quo stante est sciendum, quod quando dictus testis confessioni partis producentis contrariatur tunc statur dicto, & confessioni partis producẽtis, *ita cit.* Farinac. *de testib. quæst.* 65. *num.* 101. *& ibidem in num.* 102. dicit hoc indubitatum esse in iure, quando dictus testis contrariatur cum confessione, & dicto producentis in eius odium, & nõ beneficiũ, provt est in casu nostro; tãto fortius quod omnis possibilis interpetratio fieri debet ad finem, quod ad cõcordiã reducãtur dicta testium cum cõfessione, dicto, & articulato partis. *secundum* Bal. *in l. test. num.*15. *C. de testib.* Gram. *cons.*50.*num.*35. *& seqq. in civili sequitur* Petra *de fidei l. quæst.* 12. *num.* 1019. *& seqq.*

38 Tertio dict⁹ Iacobus non reddit nullam causam sciẽtiæ quomodo vinum prædictũ esset Canonici de Esteve, sed solũ dicit, quod vinum Canonici prædicti apprehẽdidit, & nõ dicit quomodo scit, quod sit Canonici, & sic non probat, *ad tradita per* Mascard. *de probat. lib.*3 *conclus.*1369.*nu.*33.

39 Quarto quia iste testis non præsumitur scire plusquam sciunt testes examinati à Canonico prædicto, nec rem meliori modo, quam dictus de Esteve, & sui testes in sui favorem dicunt, sed omnes dicti vnanimiter affirmant, quod dictus Iacobus sciebat vinum esse Canonici prædicti, quia ita dixit ei pluries; sequitur igitur, quod ita est intelligẽdus iste testis, nempe quod vinũ sit Canonici, quia ipse dixit, cum ratio ampliat restringit, iustificat,

ficat,& destruit dictum testis,Bertaz.*cons.* 518.*num.*10.*lib.*2. Francisc.Curt. *in tract.de testib. conclus.*41. *num.*84.

40 Civitas verò per sexdecim testes fide digni,& omni exceptione majores concludenter plenè probavit omnia articulata, per quā excluditur omnis prætensio adversariorum (sicuti infra probabimus,) & sic tanquam testes de maiori numero,& etiam quia sunt de meliori qualitate prævalere debent,(cum testibus pluribus magis creditur quã paucioribus, & magis stãdũ est depositionibus pluriũ,quã pauciorum testium, *per text in cap. in nostra vers. mandamus.& ibi glos. in verbo adversa,vers. si verò vnus testis cõtradicit pluribus, & ibi etiam* Anton. de Butr. *in summar. & in primo not. nu.* 2.& 3. & *n.*6.& *infiniti alij*,& quãdo sũt digniores,sicuti in casu nostro,pro vt in fortiorib⁹ terminis dixit Farinac. *de testib. quæst.*65.*par.*3.*n.*118. & postea ad exclusionẽ delicti,Gabriel.*tit.de test. cõcl.* 4. *n.*21. Boss. *in tit.de densensio.reor.n.*7.*in fine*,& ad favorẽ rei (provt omnia colliguntur ex processu) Farinac.*in loco supracit.n.* 152. & 153; tanto fortius quod testes deponẽtes pro Civitate deponũt,pro causa favorabili, *ad tradita per* Farinac. *sepe cit. in tract.de testib. in d. quæst.* 65.*par.*3. *n.* 188.*qui est legendus*,& in dubio etiã si probationes essent equales,ad favorem rei est pronunciãdũ,& pro ipsius absolutione *cap. ex lit. de probat.* & ibi Dec. *l. si præses, l. interpretatione ff. de pœnis*, Mascard. *de probat. quæst.* 36. *num.* 26. *cum pluribus seqq. vbi plura habes ad mat. l. inter pares ff. de ré iudic.*

41 Ex prænarratis non obscure cognosci potest summa iustitia Civitatis, & bonum ius,quod habet ad hanc causam contentionis obtinendum,sed quia aliqua obiectio contra personas testium à Civitate productorum potest ab adversariis opponi; merito devenio ad ipsã diluendum ad hoc vt nihil intactum relinquam, quod ad cõsequutionem huius causę inservire possit, & dicta obiectio (meo iudicio) esse potest,quod testes à Civitate examinati,aliqui fuerunt Officiales,scilicet Sindici, Cõsiliarij,seu vt vulgo dicitur Páhers dictæ Civitatis,alij verò Arrendatarij dictæ gabellæ vini, & omnes de Vniversitate,& merito tanquam tales nullam fidem faciunt;sed dictæ obiectioni multipliciter respondetur; Primò, quod dicti testes non omnes sunt de dicto genere,& qui sunt,fuerunt diu,& tempore depositionis iam non erant, nec non ad præsens nihil sunt, imo vnus ex eis amplius esse non potest,tanquam nobilis, & qui fuerunt arrendatarii, est multum tẽpus elapsum, quod desistiterunt,& ad præsens nullum interesse habent ad pulchra tradita, & fere quasi in nostris terminis per Noguerol. *omnino videndus in allegat.* 38. *à n.* 35. & *precise in n.* 39.40.& *seq.*

42 Secundo respondetur, quod & si controvertitur inter DD. vtrum testes de vniversitate admittuntur ad testificandum pro ipsa, tamen regula est, quod possũt, ita Farinac. *in cit. tractat. de testib.in quæst.* 60.*illat.* 17.*n.* 450. & sic Civitas habet regulam pro se, & adversarii contra,ideo ad ipsos spectat (sicuti alibi diximus) limitationem, & fallentiam ad regulã probare; tamen vt lucidius iustitia Civitatis suscipiat incrementum, dico quod tunc testes de vniversitate admittuntur absque vlla controversia, quando causa ad vniversitatẽ spectat vti vniversi,& non ad sigulos, vti singuli, ad dicta per Farinac. *in loco cit. in num.* 495. *qui plusquam* 60. *DD. pro hac*

hac incontrovertibili conclusione allegat, *& exemplificat casum*, in quo dicitur causa spectare ad Vniversitatem, & nõ ad singulos; provt quando agitur de Molẽdino cuius introitus, vel fructus ad Vniversitatẽ pertinet, etsi commoditas molendi ad singulos referatur Alb. *in l. in tantũ §. Vniversitatis num. 6. vers. aut est causa, & ibidem.* Odofr. *col. 2. vers. & consuevi ita distinguere ff. de rer. diuis.* Angel. *in l. omnibus num. 2. in fin. vers. aut tũc quia respicit Vniversitatem, & non singulos C. de testib.* Hier. de Monte. *de finibus regend. quæst. 58. num. 9.* quod pũctim evenit in casu nostro, vt ex facto colligitur.

43 Et ad hoc nè doctrinis in terminis nostris, vel fortioribus careamus, scilicet quod testes de Vniversitate ad favorem ipsius admittuntur in probatione cõsuetudinis solvendi decimas, vel gabellas adduco Francis. Curt. *in tract. de test. conclus. 4. num. 4. ad finem*, Felin. *in cap. insuper in fine extra de testib.* Tiraq. *res inter alios acta fol. 4. vers. hinc postremo, & alios quos refert.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1359. nu. 60.* quod nõ habet difficultatem, quando materia est talis, vt nõ possit sic bené alijs nota esse, quam illis de Vniversitate, cum tunc testibus de Vniversitate magis creditur quã alijs, ita cit. Felin. *in d. cap. insuper n. 3. vers. sed intellige extra de testib.* Menoch. *de arbit. 9. lib. 2. casu 106. num. 10.* Aufr. *de reprobat. testiũ n. 91. vers. testes an possint esse, vers. sed intellige sané*, Mat. *in l. 1. §. servus municipum n. 3. vers. quod tamen intelligit, ff. de 9.* & ista conclusio negari non potest, quod punctualiter casum nostrum determinat, ex eo, quia est certum, quod prenarrata in articulis solum illi de Vniversitate scire possunt, & non alii; vel saltem non ita bené; Ergo concludendum est testibus omnibus Civitatis fidem adhiberi debere.

44 Vnde ex his firma remanet probatio facta à Civitate; & à contrariis exhibita (præter supra dictas) quam plurimas aliás obiectiones patitur, quia aliqui dicunt esse solitum clerici petere licentiam (ad hoc, vt liberè vinum extraneum conducere potuissent) ab Illustribus Consiliariis, seu Pahers solũ, alii nihil dicũt; alii à dictis, & ab arrẽdatariis vini etiã, & isti cũ articulis conveniunt; alii verò cum articulatis, & aliis testibus contrariantur, merito tanquam inter eos discordantes, & contrarii cum dicto, seu articulato partis nihil probant, ita scripserunt Ant. de Butr. *in cap. cùm tu n. 4. col. 2. vers. dixi testes*, & ibi etiam Imola *n. 4. col. 3. vers. procedit autẽ hæc interpretatio extra de testib.* & Butrium refert Alb. de Malet. *in cap. fin. n. 30. vers.* licet Butr. *iuncto vers.* possunt etiam salvari.

45 Secundo quia aliqui ex dictis testibus dicunt esse fratres Clericorum & sic tanquam tales non probant, quia ista est causa omnium Clericorum tam vti singuli, quam vti vniversi, & testes consanguinei ad favorẽ cõsanguineorum deponentes nihil probant Farinac. *de testib. quæst. 54. per tot;* nec fratres pro fratre, *& in quæst. 54. regula prima n. 1. & in n. 141. & seq.*

46 Tertio quia isti testes sunt etiam contrarii inter eos, cum aliqui deponentes super secundum articulum dicunt audivisse, & scire vinum apprensum à Civitate, & distribuitum Hospitali, & Conventui Santi Francisci, erat Sororis Mensiæ Petralba alii verò dicunt esse totius Monasterii Monacharum; & non dicunt quomodo sciunt, & ra-

tionem

tionem causæ scientiæ non reddunt, & sic isti testes tanquam contrarii in substantialibus dicti articuli 5. non probant ad supradicta.

47 Quarto quia quartus testis in fol. 81. in quarto, & quinto articulo est varius in suametipsa depositione; cum in quarto articulo dicit, quod dicta prohibitio non compræhendebat personas Ecclesiasticas, & in articulo 5. dicit quod petiit ad quem, & quo vinum ducebat, & dictus respondidit, quod dictum apportabat ad monicas, & tunc testis dixit, quod in ianua Civitatis dictũ ei abstulerent, & sic est varius; cum dicere quod prohibitio Ecclesiasticos non comprendit, quia isti semper introiverunt in Civitatem vinum extraneum absquequo illud in commissum accepissent, & postea dicere, quod vinum pro Ecclesiasticis personis dictum non erat sicurum à pæna, & quod illud custodes abstulissent, est nõ solum discedere à primo dicto imò contrarium affirmare, merito tanquam varius, & contrarius in suo proprio dicto non probat, & varius dicitur testis quando indirecté, vel directè deponit contrarium eius, quod antea deposuit, ita Farinac. *sepè citat. de testib. quæst. 66. par. 1. n. 2. & seq.* & punitur de falso, idem Ibidem *in d. quæst. 66. par. 3. n. 1. & seq.*

48 Quinto, quia omnes dicti testes producti, & examinati deponũt generaliter, vaghé, de auditu, animosè, affectaté, dubié, sine ratione, & causa scientiæ, nec nõ sunt, vel contrarii in tempore in quo fuit vinum apprẽsum, vel nõ dicunt quando fuit, & etiam aliquis ex ipsis in favorem Civitatis deponit (sicuti apertè colligitur ex lectura suarum depositionum) ideo nihil probant, ad abundè trádita per Farinac. *in tot. suo tractat. de testibus,* & infinitos alios DD.

49 Vnde ex dictis clarè patet summa iustitia Civitatis adeo, vt necessarium non est ad *alia* devenire, nec aliàs iuridicas conclusiones afferre, & disputare, quia fundamentum intentionis adversariorum actorum in hac causa est probare articulata, & præcisé vinum fuisse dicti Canonici de Esteve (sicuti dictum est) quia si hoc non probant, vtique in præsenti causa contentionis obtinere victoriam non possent, cum non agitur de meritis iustitiæ originalis privilegii, nec de aliis; sed solũ si benè fuit facta executio prædicta à Civitate, & ista si vinum esset laici dubitari non potest, quod fuisset iuridica (sicuti supra diximus) vnde dictus Canonicus concludenter, & per necessé probare debet vinum suum esse, & non per possibile, cum probatio non concludens per necessarium consequens non relevat, nec sufficit ad obtinendum *cap. in præsent. de probat. l. non hoc. C. vnde legit. latè* Tusch. *in lit. P concl. 965. per tot.* Fontanel. *decis. 442. n. 3.* vbi dicit, quod sufficit ad hoc, vt actor victoriam non consequatur per possibile tantum potuisse esse alio modo factum, quam probatum fuit: sed ex supradictis evidentér constat nullo modo esse probatum vinum esse Reverendi Canonici de Esteve merito decidenda, ac determinanda erit presens causa contentionis in favorem Civitatis.

50 Tamen (citra præiudicium supradictorum) dico ad maiorẽ, & vberiorem cautelam, & ad hoc vt claré cognoscatur quantum est bonum ius Civitatis) quod etiam si dictus Canonicus probatum haberet vinum esse suum

se suum adhuc causa contentionis prædicta ad favorem Civitatis, & contra ipsum esset decidenda ex infra dicendis.

ARTICVLVS SEV PARS SECVNDA.

51 QVOD privilegium prædictum comprahendat Ecclesiasticos, eosque ligat, indubitati iuris est, cum beneficium, & vtilitatem publicam respiciat, & in isto casu Ecclesiastici incontrovertibiliter comprahendũtur iuxta tradita à Giurba *obser.1.n.21.* qui infinitos DD. tam Canonistas, quam Iuristas, & Theologos pro hac certa, & communi calculo Doctorum recepta conclusione allegat Mexia *in prag.taxæ panis concl.5.* Aviles *cap.17. Prætor.glos. 1. verbo buenas, n.12.* Pereyra *de manu regia par. 1. in concordatis n.291.* & quam plurimos, Theologos, & alios remissivè citat Rovitus *super prag in prag. 2. de extract. n.8. fol. 207.* & ratio à Divo Bernardo affertur *in lib. 2.de consideratione ad Eugenium cap. 3.*

52 Et tunc lex, seu privilegiũ dicitur cõmuni vtilitati præspicere quãdo omnes vti omnes æque nõ verò vti singulos respicit, & in isto casu publicũ privatæ vtilitati prævalere dicimus. *Ex l.vtilitas C.de primip. lib. 13.* Iustin. *in novel.39.* Andr. Gail. *lib 2.obser.56* Petr. Greg. Tolesanus *de Repup lib.24. cap. 28 sub n. 12 pulchræ Divus Ioan. Grisost. omelia 25. ad epist. 1. ad chorint.* Tappia. *decis. 7. nu. 30.* Pelag. 2. *in cap. si es frater vers. nam plurimorum vtilitas quæst.1.* Menoch. *de recuper. remedio 10. n. 81.*

53 Sed in casu nostro probatum fuit à Civitate quod dicta prohibitio tendit ad publicam vtilitatem omnium Civium, & ipsius vniversitatis; ergo certum est Clericos comprensos aliásque exceptas personas sub dicto privilegio, & prohibitione esse, tãto fortius. quod fratres, parẽtes, consanguinei, conciues Clericorum, & ipsa Civitas, quæ est prima mater ipsorum hoc privilegium sentiunt, & tamen scimus quod Civitati prius homo nascitur, quam liberi nascantur sibi, & maior est caritas Civitatis quam liberorum, *vt ff. de captit. & postlim. revers. l. post liminium 19. vers filius quoque familias,* Laderch, *cons. 145. vers. priorum exemplum est constructio*, & Cicer ad Quir. *post red. & in 4.*Catil. *dicit omnia quæ à nobis geruntur non ad nostram vtilitatem, commodum, sed ad patriæ salutem conferre debemus*, & Horat. *in Oda. 2. lib. 3. ad amicos dulce, & decorum est pro Patria mori.*

54 Et quod plus est etiam ipsi Clerici magnam vtilitatem sentiunt, cum vinum ipsorum vendere possunt, quod aliàs non venderent, vel maiori pretio primitias, & decimas arrendant, & non controvertitur in iure; vel communi calculo doctorum est illa sententia recepta, quod stantibus prędictis, Clericos comprahenduntur sub statutis laicorum, & privilegiis â principibus concessis, & ista est limitatio ad communem conclusionem desumptam in favorem Clericorum à cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de cõstitutionibus, & alijs cõcordantibus, ita pulchre dixit Menoch *in cons.800. n.47.* cum publicũ bonũ privatæ vtilitati præfertur, & dixit S. Optatus Melivetanus *exioma aientis Ecclesiam esse in republica, non rempublicam in Ecclesia esse*; & ideo quando favor publicus versatur, nemo est exemptus ab onere, ita ex infinitis rationibus, & auctoritatibus Sãctorũ Patruũ probat Cutell.

omnino

omnino videndus in tructatu de immunit. Ecclesiast. lib. 2. quæst. 41. vbi ad partem disputat quæstionem vtrum bonum publicum tãtum est causa sufficiens ad hoc vt statuta laicorum Clericos obligent,& concludit ex communi sententia Theologorum, & Canonistarum,Sanctorumque Patruum quod sic, pulchræ Menoch. *in d. cons.* 800. *lib.* 8. *per tot. & Vicent. de Franchis idem tenet in decis.* 9. *n.*5. *&* 6. ex Soto *in* 4. *sent. dist.*26.*quæst.*2,*art.* 34. *col. vers.*4. Et in casu nostro dubitari non potest, quod per hoc privilegiũ publici vtilitati consulitur, quia fuit plene hoc probatum à Civitate in articulo 14. (vltra quod ratio naturalis ipsa satis hoc dictat) & adversarii nõ solum nihil probaverunt, imó nec etiam in cõtrarium articulaverunt.

55 Sed vt ab altis,& primevis principiis iuris aquã fontis legalis degustare valeamur,& vt sententiã afferam,quæ cõtradictores nõ habet,dico quod in casu nostro non solum vtilitas publica adest, sed favor particularis Ecclesiasticorum, & in isto casu nemo dubitat, nec contendit, quod statuta laicorum compræhendunt Clericos, & ad maiorem intelligentiam huius conclusionis,præmitto quod tripliciter vtilitas Ecclesiasticarum personarũ cõsiderari potest, primo modo proximé, & directè, secundo modo remoté, & indirecté, & per quandam consequentiam; vel remotissimè tertio modo, nempè nec remotissimé, nec proximé, sed remotè, & indirecté ita explicat Sanchez *in lib.* 2. *cap.* 4. *dubit.* 55. *in num.* 3. *suorum consil. moral;* & disputando pro, & contra de 2. & 3. modo. De primo dicit in n. 5. quod quæstio ista vlla in habet difficultatẽ, cum vnanimiter DD. vno ore profitẽtur in hoc casu Clericos,ac aliás Ecclesiasticas personas esse cõpréhensas ex doctrina Mex. *de taxa panis conclus.* 1.*n.*61.Panormit. *in cap. non minus de immunit.Ecclesiast. n.*2.Ludovic. Lopez. *p.par. instruct. novi.cap.* 190. *fol.*450. Auendago.*cap. pratorum* 2.*par.cap.*14.*n.*13. *provt ex dictis; & Bart. Paul. de Castro Nau. Speculat. Gregor. Lopez. Azeved. Silvest. & Angel. dixit citat. Suarez in dicto loco.*

56 Ex dictis clarè patet, quod si ostendam nos versari, & esse in primo modo, nempe, quod dicta prohibitio directé, & proximé concernit vtilitatem Clericorum, certum est illos comprehensos esse,& teneri illam non solum observari, sed etiam solvere, si quid aliquid impositum á Civitate fuisset,&(præter supradicta)dico,quod illud directè,& proximè vtilitatem Clericorum respicit, quod æqualiter tam Clericis, quã laicis est profiguũ, sed hoc privilegium ad vtilitatem Ecclesiasticorum,& laicorum æqualiter concernit, & tendit; ergo obligat,& comprendit Clericos. Maior est certa in iure, & fuit probata supra, Minor ex facto constat; ergo consequentia est infallibilis.

57 Sed plus dico, nempe non solum æqualiter vtilitatem Ecclesiasticarum personarum,& laicorum hoc privilegium respicere, sed multo magis Ecclesiasticorum, cum isti multis beneficiis gaudent, laici veró vnum solũ habent. Primum beneficium Ecclesiasticorum, est posse proprium vinum quod recolligunt ex suis vineis patrimonialibus, & beneficialibus, nec non ex primitiis, & decimis vendere iusto prætio, vel arrendare sicuti supra tetegimus, & hoc solum est commune cum laicis, quia si prohibitio non staret, vtiqué omne vinum recollectum in territorio Civitatis præ-

prædictæ amicteretur, quia omnes vinum extraneum (relicto proprio) emerent, provt omnes testes pro Civitate producti in artic. 14. & aliis concludunt; & hoc esset in magnum præiudicium omnium Ecclesiasticorum (vltra quod pecunia extra Civitatem iret, & tota Civitas paupera remaneret) ex eo quia amitterent lucrum dicti vini, & sic directè, & proximè dictum privilegium, seu prohibitio vtilitatem ipsorum respicit, saltem quo ad maiorem partem ipsorum, quod est considerandum, quia si duo, aut tres Clerici vinum non habent, non facit ad rem *ad tradita per cit. text. in l. vtilitas C. de prim. lib. 12. & alios DD. supra citat.* eo magis, quod statutum quod potest commodum, vel incommodum Ecclesiasticis afferre, ipsos ligat, quia non dicitur esse contra libertatem Ecclesiasticam pulchrè Grassus *de effectibus clericatus effect. 2. n. 130. 131. omnino videndus,* tanto fortius, quod Clerici (sicuti supra diximus) simul plura beneficia consequuntur sinè vllo incomodo, præter dictum; At verò laici præter illud quod non est liberum, sed cum pensione solvendi gabellam (quam verò Ecclesiastici nõ soluunt) vllum beneficium habent ex dicta prohibitione, ex eo quia Ecclesiasticæ personæ franchitias tenent, pro vt vulgo dicitur plumba, & sic ex dicta prohibitione nullum præiudicium eis infertur vt in articulis 28. & 29. probatum plenè fuit á Civitate

58 Aliud beneficiũ directũ, & proximũ Ecclesiastici habẽt; nempe, quod stãte dicta prohibitione Civitas arrendat gabellã vini, quã aliàs nõ arrendaret, & de pecunia prædicta solvit creditoribus, ad quos dicti redditus fuerunt assignati; & inter alios assignatarios est Ecclesia prædicta, quæ habet à Civitate mille libras singulo anno, quas non haberet, si dicta prohibitio nõ adesset, sicuti per plures articulos Civitas probavit, & testes plenè concludunt; quod non potuisset oneribus solvere.

59 Si dicta prohibitio omnes nõ cõprehenderet vtiq; laici defraudati, & gravati remanerẽt, & nõ ęqualiter cũ Ecclesiasticis personis privilegiũ haberent, & essent deterioris conditionis eorũ; Cum Clerici sentirent cõmodum prohibitionis ad finem vendendi eorum vinum, & non sentirent incõmodum; & ècontra pàuperi laici propter dictum commodum extra gabellam, quam solvunt, (de qua sunt Clerici exempti, pro vt dictum est) non potuissent (sicuti Clerici) vinum extraneum introyre; merito, lex impia, inæqualis, & iniusta esset, cum totum commodum Ecclesiastici directé, & proximè haberent, & laici verò totum incommodum, & damnum; *contra regul. qui sentit de regul. iuris in 6. reg. quod tangit ibidem* nec debent laici alterius cõmodo prægravari *regul. non debet 22. eodẽ tit.* esset enim hæc personarum acceptio cõtra Evangeliũ, & Pauli traditiones, *& reg. in iudicijs 12. eodẽ tit. & ita sentit* Del Bene *in tractat. moral. de parlamen. in tractat. 6. de causa efficiente parlamenti sect. 30. ampl. 4. n. 20. & 21.* & finis privilegij & prohibitionis frustaretur, qui est, quod vinum omnium civium recollectum in territorio Civitatis, prius vendatur, quia si Ecclesiastici vinum extraneum introire possent, suum vinum non venderent.

60 Primò. Quia Ecclesiastici non emerent vinum laicorum quando isti iam illud eorũ emerunt, 2. infinitæ fraudes permiterentur cum multi nõ

exempti

exempti sub nomine Ecclesiasticorum vinum introirent, 3. quod omnes familiares, fratres, consanguinei, amici, & parentes Clericorum etiam de vino extraneo biberet relicto recollecto in territorio Civitatis, & sine solutione gabellę 4. quod gabella ad nihilū reduceretur, & Civitas nihil haberet, & remaneret impossibilitata ad debita solvēda, & onera Vniversitatis substinēda præcise Ecclesiastica, sicuti omnia probata plenè à Civitate fuerunt, vt colligi, & legi potest in articulis, & testibus productis per ipsam.

61 Quibus stantibus, quis dubitare potest, quod prohibitio prædicta Clericos, & Ecclesiasticas personas comprendit, cum non solum indirectè, remoté, & remotissimè, & per quandam consequentiam suum favorem, vtilitatemque privilegium respicit, sed plusquam directé, & proximè sicut oculariter, & per matematicas demonstrationes supra ostensum fuit, & dixerunt in fortioribus terminis, quam nostris Innocent. Hostiens. Car. Butr. & Ancheran. *ad cap. non minus de immunitate Ecclesiastica* Abb. *in cap. Eccl. n. 20. & 21. de constit.* Petr. Surd. *cons. 1. n. 8. vol. 3.* Ansal. *de iurisd. par. 5. cap. 3. tit. 3. n. 244. omnino legendus, & est doctrina* D. Crhisostomi *in Homil. 25. ad priorem epistolam ad Corinth. per hæc verb. hæc est Christianissimi regula, hæc illius exacta definitio, hic vertex supra omnia eminens publici vtilitati consulere* quod mirabiliter confirmatur *ex* D. Gregor. Nazian. ad Petri *Sententiam subiecti estote omni humanæ creaturæ* subnectit hæc verba *in Orat. ad populum timore percussum; simus subiecti, & Deo, & invicem alter alteri propter dilectionem fraternam, Principibus propter ordinis rectè conservationem*, & apertè in hanc sententiā est Thomas del Bene *acerrimus defensor libertatis Ecclesiasticæ de parlamentis in tract. 6. de causa efficiente parlamenti sextio* 30. *ampliat. 4. n.* 31; *ibi adverte secundo, quod Ecclesiastici subduntur generaliter legibus Principum secularium, in quorum Regnis, vel Provincijs vitam degunt* & mirabiliter prosequit *per tot. d. num. & in n. seq.* 32. ibi: *ratio quartæ ampliationis, quo ad 2. partem (quod scilicet Ecclesiastici secularium Principum legibus indirectè subduntur] illa est, quia ratio naturalis dictat, quod Ecclesiastici leges seculares sequantur ad hoc vt conformitatem, seu cōgruitatem servant cum personis secularibus eiusdem communitatis, veluti membra eiusdem corporis, vti supra cum Sancto Augus. 3. confess. cap. 8.* dicebam, & citat etiam *Sal. Vasquez Iannet. & Pesanti.* quibus ego addo Sarmient. *lib. 7. Selectar. cap. 13. n. 1.* Covar. *in regula possessor 2. p. §. 9. vers. 3.* Mart. *de iurisd. 4. p. quæst. 1. casu 7. n. 6.* Hieron. Gabriel *cons. 37. n. 5 lib. 2.* Gutier. *lib. 2. 1. par. quæst. fin;* Bovadill. *in politic. lib. 2. cap. 18. n. 122. cum seq.* Salg. *de Regia Protec. par 1. cap. 1. prælud. 2. n. 59. & 60.* Pulchræ Ansald. *de iurisd. in par. 5. tit. 4. cap. 3. & vltim n. 49. & seq.*

62 Cum negari non potest, quod Ecclesiastici sint subditi Regis, & veniunt sub appellatione vassallorum, *ad plenè tradita per Velasc. in consultat. §. 100. per tot. lib. 1* Et quod statutum, lex, prohibitio, seu privilegium (propter bonum publicum inductum) obligat Ecclesiasticos præscindēdo, quod ipsis proficuum sit, vel ne; sed absoluté loquendo dixerunt (præter supra adductos) Petrus Rodriquez *cons. 9. n. 25.* Cavalc. *decis 6 n. 56 lib. 5. & decis. 44. n. 100. circa medium lib. 1. multos alios allegat* Alb. *cons. 271. n 18. lib. 2.* Alex.

Alex. *conf.* 209. *n.6.lib.2.*Nau. *in Manual.cap.23.n.*88.Signor. *conf.21.nu.* 19. *& per totum omnino vidēdus,& in conf.*20.Mexia *super prag.taxæ panis conclus.* 5.*n* 40.Socin.Sē.*cōf.*141.*n.*3.*lib.*2. Avendāo.*in tractat.de exequen.mand. Princip.lib.*1.*cap.*13. *n.*7. Anchar.*in cap.nōminus,§.quæ circa n.*8. *de immunitate Ecclesiast.* Andr.Gail.*observat.* 56. *n.*5.*& observat.*32.*n.*6 *lib.*2. vbi dicit, quod statutū valet etiam si sit cōtra Clericos Bin. *conf.*59.*n.*31.*& cōf.*93.*n.*26.*lib.* 1.Crot.*in l. filium familias,* §.*divi n.*38.*ff.delegatis vbi etiā* Ambros. de Opiz. *n.*88.& Ferdinand. Lorez. *n.*157.*&* 158. Vullpell.*in tractat. de libertat.Ecclesiast.par.*2.*n.*25.*vbi multos allegat* Federic. Prigmā. *cōf.* 17. *n.*31.*lib.*1. Hor. Carp.*super statut.Med par.*2.*cap.*247.*n.*29.*p.*1.*& in prælud.n.*197.Alciat.*in authentic. cassa n.*16.*C.de Sacrosanct. Eccl.*Covar.*in* 2.*p.relect.* §.4.*n.*8.*& seq. & infiniti alij*, & ratio est; quia gratia vtilitatis publicæ à communis regulis iuris receditur, multaque permittuntur, quæ aliter sunt interdicta, & prohibita *l. ita vulneratus* §. *multa, ff. ad l. aquil.cap.abbate,* §.*fin. vers. presertim de sentent. & re iudicata in* 6. *cit.* Gail. *observat.* 56. *n.*4. Mars. *in pract. crim. in* §. *agredior à n.* 61. *vsque ad* 24.*vbi ad hoc adducit multa media.*

63 Et alia ratio assignari potest, quia sicuti Clerici in spiritualibus iura Ponficia servare tenētur,ita in tēporalibus à civilibus sanctionibus,cōcernētibus bonū commune omniū civium discedere non debent.S.Thom.*de regimine Principum lib.* 1.*cap.*12. Diodor.*de doctrina christiana lib.*2.*cap.*12. Salzed.ad Bernard.Diaz.*cap.*55.*vers.sed vt liberè dicā,* Bellarm.*l.*3.*C.*6. Leges enim, & statuta,quæ fiunt ad Regni,seu Civitatis gubernationem, & cōservationem(sicuti in casu nostro)Clericos astringūt Christofor.de Paz. *de tenuta* 2.*p.cap.*63.*nu.*14; Dec.*in cap.Sancta Maria de constit.n.*104.Radin. *de maiestat.Princip.vers.non solum armis decoratam* 2.*p.nu.*166.*cum seqq.*& sic in fortiortioribus terminis,quam nostris decidunt citati DD.

64 Non solum prædicta statuta ac privilegia Ecclesiasticos ligant, quia sunt inducta favore publicæ vtilitatis,& quia directé, proximé,& æqualiter respiciūt cōmodū Clericorum,& laicorum generaliter,(quia si vnus Clericus,seu laicus adest,qui vinum nō recolligit,nō venit in cōsideratione,sed publicum,& vniversale commodum tantum considerari debet, & nō particulare ad supra tradita)sed etiam ex alia incōtrovertibili conclusione, & est,quod lex,seu statutum laicorū Ecclesiasticas personas comprehēdit, & ligat,quatenus cum libertate Ecclesiastica non repugnat, & ista conclusio, quasi contradictores nō habet,*ita docet* Molina *tom.*2.*tractat.*2. *disput.*31.*n.* 15.Silvester *vers.lex quæst.*15. Salonius *tom.*2.*in* 2.*quæst.*77.*art.*1. *controvers.* 10.Angel.*eod.vers.n.*5.Sot.*de iust.lib.*1.*quæst.*7.*art.*7.*concl.*1. Ledesma *in summa tom.*2.*tractat.*8. 32. *difficul.* 4. Salgad. *omnino videndus de Regia protec. par.*1.*cap.*1 *prælud.*2.*nu.*61.*cum pluribus seqq qui infinitos DD.tam Theologos, & Canonistas,quam Iuristas refert,& in nu.*64 *citat* Chaquer.*decis. Pedamōt.*181; qui ita fuisse iudicatum refert Peirinus *de privileg minimorū tit.*1.*cōstit.* *Iulij secundi,* §.33 *n.*151.quos omnes citat,& sequitur Diana *reprobans* Genuens. *in prax.cap.*74.*per tot.contrarium tenentē, quibus addo* Mechaca.*lib.*1.*de successcreatio.* §.10.*nu* 648.Del Bene *de parlamen.tractat.de caus.efficien.parlamen.sect.*30.*ampliat.*4.*nu.*16.*cum multis seqq.* & Grass.*de effectib.Cleric. effect.* 2.*à nu.*166.*vsquè ad* 180.omnino vidēdus. Cutell.*de immunit.Ecclesiast.lib.*2. *quæst.*16.*nu.*4 6. *&* 10.

64 Tota

65 Tota difficultas,& cõtroversia solũ consistit,an Clerici teneãtur dictis legibus observare directè,& ex vi coertiva,coactivaqué aut verò ex vi directiva;ex vi legis, aut verò ex vi rationis naturalis,& Victoria,Sot. Dedin. *& alij,quos citat* Salas *de legib. disp.*14 *sect.*8.*nu* 94.*&* 194. Cevall.*in tractat. de cognitione per viam violentiæ in proemio cap.*4.*in princip.& per tot. præcipuè in nu.*10.Morla *in empor.jur.*1.*par.tit.*1.*de leg.num.*9. *quos citat,& sequitur tit.* Salgad.*de reg.protect.in par.*1.*cap.*1.*prælud.*2.*in n.*56.tenẽt quod ex vi coactiva,& directé obligãt Ecclesiasticos statuta laicorũ quatenus nõ tẽdũt cõtra immunitetẽ Ecclesiasticã,tamen Diana *de immunitate Ecclesiastica in par.*1. *tractat.*2.*resolut.*8.*in vers. Sed contraria sententia* ex Tanaro, Azorio,& Pisantio tenet tãtum ligari Ecclesiasticos ex vi directiva: & ex ratione naturali dixit Surd.*in cons.*301.*lib.*3.*sub nu.*30.*in vers.vel id quod ego;& Garcia in politic.regular. tract.* 8. *difficul.*2.*duda* 4 *punt.*1.*& sub n.*4. *tenet* ex multis ex vi legis obligari Ecclesiasticos,& Cutell.*de immunit.Ecclesiast.ex vi coercitiva probat. ligari in lib.*2.*quæst.*8.*per totam omnino videndus.*

66 Sed quidquid sit omnes vnanimiter conveniunt, dicta statuta,seu leges Clericos,& Ecclesiasticas personas ligare, pro vt ex cõmuni opinione omnium Theologorum,& Iuriscõsultorum affirmat,& testatur dictus Garcia *in loco supracit.in num.*2.

67 Et sic ex prædictis non obscure infertur,quod si ostendam,statutum, seu privilegium prædictum statui Ecclesiastico nõ repugnare, nec libertatem, immunitatemq. Ecclesiasticam ledere; certum est, quod omnes Ecclesiasticæ personæ essent comprehensæ.

68 Igitur videndum erit,si statutum,seu privilegium prædictum libertati,& immunitati Ecclesiasticæ repugnat,& evidenter (meo iudicio) ex facto colligitur, quod nullo pacto, nec modo repugnantiam habet,imo est conformis legibus divinis, naturalibus, canonicis, & civilibus ad quod probandum.

69 Dico Primo quod qui tenẽt,quod Clerici,& eorũ bona(relicta pro nũc quæstione si de iure Divino,aut positivo sunt exẽpti) gaudẽt beneficio Ecclesiastico,ad onera,& gabellas nõ solvẽdũ,nec nõ vllo modo obligãtur ad statuta laicorũ observãdũ, nec sub legibus eorũ cõprehẽdũtur hoc solũ fit mãt in rebus cõcernẽtibus ad statũ Ecclesiasticũ, & quoad bona pro eorũ proprio vsu,seu victu inserviẽtia,& nõ pro alio vsu,seu causa, *ita pulcherrimè scriptũ reperitur ab* Ansald.*de iurisdict.par.*5.*tit.*4.*cap.* 3. *& vltim. per tot. omnino vidẽdus, & legẽdus*; (vbi scribit pro veritate,quia nõ est cõsiliũ,sed tractatus, & DD. loquentibus in tractatibus magis creditur, quã alijs.) *Et apertè probatur in cap. quãquam* 4. *de censib. in* 6. *& in cap. præsenti* 3. *eodem titulo,vbi* Bonifacius 8. & Clemẽs quint⁹,ibi,*pro rebus suis proprijs, quas non causa negotiandi deferunt, vel deferri faciunt, seu transmittunt,&* Cardinalis Zarabell. *in cons.*12.*in dubijs præmissis nu.*2.*& infiniti alij*,sed statutum, seu privilegium prædictum tantum prohibit né vinum estraneum in Civitate immitatur, quod pro servitio, & vsu Ecclesiasticorum non servit. ergo valet, & ligat Clericos dicta lex, cum libertatem Ecclesiasticam non ledit, nec repugnat immunitati ipsius, ad tradita per Thomam del Bene *de immunit. Ecclesiast. tom.*1.*cap.*5.*dub.*7.*sect.*1.*n.*24 ex Molina *de iust.& iur. tom.*3.

tom.3.tract.2. disputat.663.n.6. Maior est certa minor probatur ex eo quia fuit per Civitatē plenè,& cōcludenter probatū, quod Clerici colligunt ex primitijs solū, & decimis tantū vini in territorio,quātum eis sufficit ad proprium vsū si non venderent illud,aut arrendarent, nec non Ecclesia ipsa (citra veri præiudiciū) posuit inarticulis, & probavit, quod Civitas prævia licētia semper permisit vinum estraneū introduci pro vsu proprio Clericorum; ergo dictum statutum immunitati Ecclesiasticæ non repugnat, & sic ligat Clericos.

Et vt claré summam iustitiam Civitatis percipiamus sunt duo præ-
70 mittenda; Primo,quod in casu concreto dubium nō adest ad contentionē declarandam esse in favorem ipsius.Secundò etiam in casu abstracto,& pro maiori intelligentia est sciendum,quod Canonicus prædictus non petijt licentiam,nec vllam notitiam dedit ijs,quos vulgô vocāt arrēdatarios dictæ gabellæ vini, & illustribus Consiliarijs Civitatis prædictæ,quod dictū vinū pro suo proprio vsu introducere volebat, & quod misit Michaelē Rogeriū ad dictum vinū exportādum à Villa de Cubelles; sed illud introivit dictus Roger sine vlla licentia, sedtantum in ianua Civitatis dixit Custodi Canonicus in voce suum vinum esse,& hic est casus noster cōcretus. Abstractus est,Primò an dicta prohibitio comprehēdat Ecclesiasticos; Secūdò an ipsi teneātur dictam licentiam petere;& dico,quod tam in abstracto, quam in casu concreto, & quocumquémodo res percipiatur semper bonum ius fovet Civitas,& malum contrarij.

71 Et quia casus concretus ab astracto est decidendus merito devenio prius ad probandum,quod omnino Ecclesiasticæ personæ licentiam petere tenentur,& quod propter dictam petitionē nullo modo libertas Ecclesiastica leditur,nec etiam propter prohibitionē metipsam; ex eo quia tunc libertas Ecclesiastica,seu immunitas violatur,seu offenditur quando Clerici ad aliquid iniustum, ac inhonestum obligātur,vel ad aliquid,quod lex Canonica non præcipit neque ius vllum,& quando Clerici beneficio statuti laicorum non vtuntur,pro quo prohibitio extat, seu gabella est imposita, quia si vtuntur, tunc benè ligantur ab ipso statuto,& ipsum observare debent,& gabellas soluere,ita Alderan; Mascard. *de general.statut. imterpetrat.conclus.1.nu.27.* Anton. Niger *in repet.extravag.vnic.nu.268.* quos citat, *& sequitur cit.* Ansald. *de iurisd.d.pa.5.tit.4.cap.3. & vltim.in nu.41.cum tribus seqq.* ibi. *Benè verum est, quod Ecclesia, sive Clerici vtentes beneficiis statuti, pro quo gabella esset imposita, gabellam solvere debent, ea quidem ratione, quia Clerici statutis vti debent, prout formiter, & integraliter, sive totaliter disponunt,* Bald. *in l.1.C.de contrahend. emption. num.10. motus, quia statutum rei suæ, idest beneficio suo potest imponere legem, quam vult, nec hoc statum dicitur contra libertatem Ecclesiæ, quia aliud est coercere, aliud est sub certa lege alicuius præstationis ad statuti commodum imponere.* Dec. *in d.cap.Ecclesia Sancta Maria de constitut.n.275.his verbis.Tertio fallit quando Clerici vtuntur beneficio statuti laicorū,pro quo gabella imponitur,quia tunc tenentur ad gabellam.* Quæ doctrina ponit falcem ad radicem huius causæ,ex eo quia quasi in terminis casum nostrum determinat,quia Clerici gaudent privilegio dicti statuti, cum suum vinum vendunt,vel arrendant magno prætio,quod aliàs amitterent,vel parvum lucrum haberent,(sicutifuit probatū à Civitate,& supra tetegimus;)qua propter merito est dicendū,quod

si gau-

si gaudet Ecclesiastici privilegio prædicto prohibitionis, dictã prohibitioné observare tenetur; Et ex dictis etiã colligitur ad dicta adversariorũ respõsio; nempe quod ex defectu potestatis lex prædicta Clericos non comprehendit, quia aliter si cõprehenderet, libertas Ecclesiastica lesa esset, *& pulchrè etiã ex Divo Augustino, & alÿs respõdit* Cutell. *in tit. tractat. de immunit. Ecclesiast. lib. 2. quæst. 21. num, 17. & dict.* Ansald. *ibid. par. 5. tit. 3. cap. 3. n. 253.*

72 Tanto magis prædicta militant, quia semper statutum laicorum ligat Clericos, & non est contrarium, nec repugnans libertati Ecclesiasticæ, quãdo ratio statuti tendit evidenter ad finem rationabilem, & cõmunem tam Clericis, quam laicis (sicuti est nostrum prout supra probavimus,) & hoc etiam si incidenter, & in aliquo casu particulari eis præiudicium afferret, ita Grass. *de effectib. Cleric. effect. 2. nu. 166.* vel si afferret modicum præiudicium, idem Grass. *ibidem in nu. 163. & d.* Cutell. *in d. tract. lib. 2. q. 70. num. 10.* quæ doctrinæ in fortioribus terminis, quam nostris loquuntur, & sic tam ex proximè dictis, quam ex supra narratis claré patet responsio ad primam partem casus abstracti, nempe statutum laicorum ligare Clericos, quia est ob bonum publicum; & æqualiter in favorem Ecclesiasticorum, & laicorum, & postremo, quia libertati Ecclesiasticæ non repugnat, ideo nullo modo possunt isti sine licentia, & beneplacito Civitatis, & arrendatariorum vinum extraneum in Civitatem introducere.

73 Tamen præsens nostra contentio versatur in facilioribus terminis, cũ sit solum determinanda à secunda parte dicti casus abstracti, nempé an teneantur Clerici dictam licentiam petere; & quod tenentur, dubitari non potest. Primo, quia sic est consuetudo, & observantia in Civitate prædicta sicuti (deposuerũt in articulis, & probaverũt adversarii metipsi) & cõsuetudo in collectis, & gabellis imponendis semper attenditur, Grass. *de effectib. Cleric. effec. 3. n. 73. & 74.* nec cõtroverti potest, quod ista cõsuetudo valet & tenet cum versatur circa bona Clericorum tantum, ita Franc. Capiblãc. *in tit. de iur. author. baron. pragm. 8. par. 2. n. 14. & 15.* tum etiam, quia per eam fraudes evitantur, & sacri Canones cultores Iustitiæ commitentem fraudem non protegunt, tanto fortius, quia fraudantes iustum tributum gabellarum, seu vectigal, peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem ita Del Bene *de parlamẽtis in tract. 6. de forma, & fine parlamenti dubitat. 13. n. 7. vbi infinitos DD. allegat, & in n. 8. & seq. hoc probat ex multis authoritatibus, & præcisé* Apostol. Pauli *ad Romã. 13.* ibi, *ideo enim, & tributa præstatis ministri Dei sunt in hoc ipsũ servientes; Reddite ergo omnibus tributa cui tributum tributum, cui vectigal vectigal.* & ex Matth. 22. *Reddite ergo quæ sunt Cesaris Cesari, & quæ sunt Dei Deo,* sed gabella, quæ solvitur Vniversitati Balagarii per laicos cives de vino, quod emunt, seu vendunt, dubitari nõ potest quod sit iusta, quia inservit ad debita, & onera Civitatis solvenda, ac substinenda (sicuti Civitas probavit,) ergo peccant si fraudant, & non solvunt, & ad restitutionem tenentur.

74 Et certum est in iure, eadem pœna teneri, & puniri qui committunt fraudem, quam qui fraudes permittunt fieri sub suis nominibus, vel sunt causa ipsarum, ex regula illa, qui causam damni dat, dãnũ ipsum dedisse videtur, & probatur per jurisconsultũ *in l. 1. §. Divus*

vus ff. de sicarijs, l. penult. ff. soluto matrim. l. si quis servum, §. si quis insulam, l. qui occidit. ff. ad l. aquiliam cap. 2. de deposit. act. Capic. Latro *consult.* 135. Claper. *causa* 13. *quæst.* 2. Doctissimus, & Excellentissimus Dominus Vicecancellarius D. Christoforus Crespi de Valdaura *observat.* 94. *à n.* 16. Et in hanc pœnam inciderent Ecclesiastici, si licentiam à Civitate non peterent, cum essent causa tantorum malorum, tantò magis, quod infinitis fraudibus via aperiretur, & fraudibus via non est aperienda *cap. porro de divortijs* ideo est occurrendum ne fraudes fiant Decian. *cons.* 4. *num.* 33. *lib.* 1. & satis dicitur fraus legi fieri, quando aliquid directè à lege prohibitum, fiat per modum obliquum, quod non est admittendum ad Text. *in l. quod conditionis implendæ causæ ff. de donationibus causa mortis.* Federic. de sen. *cons.* 4. *nu.* 5. *vers. præterea si posset cons.* 84. *in fine, & latius in cons.* 94. *à num. primo*, & fraus in dubio semper præsumitur idem Federic. de sen. *in cons.* 97. *in fine vers. & quamvis.*

75 Vnde meritò ex dictis dicẽdum est Ecclesiasticos teneri dictam licentiam petere ad hoc vt fraudes evitentur, & nè laici aliæquè personæ non exemptæ sub nomine Ecclesiasticorum vinum extraneum introirent contram prædictam prohibitionem, & né gabella super vinũ imposita fraudaretur, cum quod tibi non nocet, & alteri iuvat, faciendum sit; & veniã petere, Ecclesiasticis nõ nocet (cum ipsimet in articulis testãtur, quod Civitas semper, & cum omni facilitate, & absquè vlla detẽtione ipsam cõcedit,) & Civitati, omnibusquè aliis prodest (ergo illam petere debent; tantò fortius quod contrarium practicare, esset evidenter viam fraudibus aperire; Primo, quia possent Clerici vinum extraneum quantum placeret ipsis introire; & hoc contra privilegium Ecclesiasticum, & in grave damnum Vniversitatis; cum solùm ex supra probatis reperiuntur exempti, & privilegiati in quantum ad vinum apportandum pro proprio vsu, quia pro illo, quod ad proprium vsum non servit) privilegiati nullo iure reperiũtur; Secundo possent omnes consanguinei, propinqui, & amici dictorum Clericorum frui dicto privilegio, & hoc contra mentem sacrorum Canonum; Tertio, quod omnes laici non exempti sub nomine Clericorum, (dicentes vinum, quod ducunt Ecclesiasticorum esse) possent illud introire, & Civitatem ac arrẽdatarios fraudare; Quarto, quod si in tota Civitate solum vnus Clericus malus adesset, seu alia Ecclesiastica persona, posset ipsa sola infinitas fraudes committere, & gabellam Civitatis debitam fraudare, prohibitionemque destruere, & inanem eam reddere; cum posset dicere, (si tantum suo dicto standum ac credendum esset) quod omne vinum à Civitate in pœnam commissi inventum, esset suum, & sic Civitas pœnam exequi, vel aliquid facere non posset, vel saltèm continuis litibus defaticaretur, & quã multa alia absurda sequerentur, vltra quòd esset contra naturalem æquitatem, omnibusquè legibus resistentibus; & esset practicare id, quod in tota Christianitate non observatur cum vbiquè dicta licentia saltem petitur, sicuti omnia prædicta narrando in fortioribus terminis decisum refert. Reverterius *decis.* 222. per totam, quæ decisio est sine desidia legenda cum in specie

cie quasi casum nostrum determinat;quia de licẽtia petẽda à laicis ab Ecclesiasticis tractat, vnde ex omnibus prædictis, & aliis supra traditis claré colligitur,quod Ecclesiasticæ personæ debent à Civitate prædictam licẽtiam petere, nec dicta petitio est contra libertatem Ecclesiasticam,sed tantum introducta ad fraudes evitandas; Et per consequens etiam si essemus in casu abstracto contentio determinanda in favorem Civitatis est.

76 Sed quid sit dicendum in casu concreto patet non obsure ex adductis,& evidentius ex adducendis.Primo, quia cum deberet Canonicus de Esteve licentiam petere,si vinum extraneũ introducere volebat (quomodo ipsemet articulavit, probavitque; & supra diximus)non petijt illã;vnde sequitur quod merito potuit Civitas omnia, quæ fecit facere absque vllo timore incidendi in censuras ex eo quia executionẽ in bonis Ecclesiasticæ personæ nõ fecit,quod si etiã fecisset, in nullas incidisset(pro vt infra plenè dicemus,& supra probavimus)cum certum sit cõtra laicos,& ipsorum bona licere Civiti executionem facere posse.

77 Ratio autem quia potuit Civitas ob non petitam licentiã executionem facere absque incursu censurarum est, quia ex non petita licentia Civitas dicitur ignorans rem illam esse Clerici,tanto fortius quod aliũde non constabat Civitati dictum vinũ esse Canonici prędicti (sicuti supra latè fundavimus,) & sic excusatur cũ nõ fuit in dolo iuxta tradita per Ferrer. *in observat. Senat. Cataluniæ cap. 224. per totum.* Secundo, quia ex quo dictus Canonicus licentiam non petijt oritur præsumptio iuris,& de iure,vel ad minus iuris tantum vinum esse Michaelis Rogerij adducentis, non obstante verbali prædicti Canonici assertione absque iuramento; Primo quia si fuisset dicti Canonici vtiqué licentiam petijsset, sed quia non petijt non præsumitur suũ esse,cũ si fuisset profectò petijsset. Secũdo,quia vinum,seu bona apud quem inveniuntur, ipsius esse præsumuntur, donec contrarium probetur,& constet,quia si Canonici fuisset,prius suum esse dixisset, & licentiã, petijsset,aut ad minus in scriptis vel saltẽ in voce;vel ad minus Canonicus prędictus postquã fuit vinum aprensum à Custode notitiã dedisset Civitati,quod vinũ suum erat,& ad hoc vt non procederet ad executionẽ protestatus fuisset,vt in simili casu fieri est consuetũ,& sic etiã si Custos dixisset Civitati (sicuti non dixit) Canonicum asserere vinum suum esse adhuc nõ debebat Civitati fidẽ ei præstare;ex eo quia potuisset Custos ita dicere ex aliquo suo interesse,& collusivè quia si verè esset Canonici vtiq; iste notitiã saltem extraiudicialiter Civitati præbuisset. Tertio, quia à Civitate probatũ fuit, vinũ sufficiẽs omnes Ecclesiasticos habere pro eorũ vsu, & quod præsumitur non esse ipsorũ,nec ad vsũ propriũ,si extraneũ ducant, & dicãt ipsorum esse. Quarto quia expressè cõstat tã ex probatis per Civitatẽ,quã per adversarios metipsos,in casu nostro fraudẽ pręsumi habere & non verè, sed simulatè, & fictitiè dixisse, & asseverare Reverendũ Canonicum Esteve dictum vinum esse suum, cũ rè vera esset dicti Michaelis Rogerij qui vinũ introduxit, conduxitque; & ad evitandũ pænã trãsgressionis, tam ipse quam Reverendus Canonicus prædictus dixerunt esse, Ecclesiasticæ personæ sicuti omnes supradictæ vrgentissimæ iuris præsumptiones, cõiecturæ, ac inditia ad hoc firmiter credendum suadent, & ista suf-

ficiunt

ficiunt ad plenam probationem faciendam; cũ fraus cõiecturis probetur, quia aliter colligi non potest *cap. 2. de renunciat. in 6, l. quia quam non simpliciter ff. siqui omissa. caus. testament.* Gemi. *cons. 22. n. 6. vers. item vbicumque* Oldrad. *cons. 324. n. 8. vers. vnde senectus.*

78 Et ratio est, quia fraus, & dolus consistunt in animo, qui videri nõ potest, & sic merito de directo probari nõ possunt, sed tantũ cõiecturis Corn. *cons. 217. n. 7. lib. 3. & per tot*; & fraus fit de personis ad personas, ideo si prohibetur aliquem aliquid facere, & faciat contẽplatione prohibitæ personæ, dicitur fieri in fraudem Petr. de Ancher. *cons. 329. Arnoldusinus*, & fraus facta ad circumveniendum legem, vel statutum, probatur, & præsumitur eo ipso, quod aperitur via, vt lex sit elusoria Tusc. *in lit. F conclus. 477. n. 28.*

79 Quibus præmissis pro incontrovertibilibus in iure, dubitari non potest in nostro casu fraudem adesse, & veritatem aliter se habere, quam dictus Michael Roger, & allij dicunt; Primò, quia Civitas probavit plenè fraudem adesse, (& sic præsumi) in suis articulis; Secundò, quod si fuisset vinum dicti Canonici, prius dixisset esse suum, & licentiam solitam, & consuetam petijsset; Vnde cum non petijt, & fecit insolitum, merito oritur præsumptio contra ipsum. Tertiò quia ex depositione testium productorũ à dicto Reverendo Canonico, & præcise ex depositione Michaelis Rogerij satis colligitur, cum dicunt, quod Reverendus Canonicus estabat in ianua Civitatis, vbi expectabat, quod veñiret Michael Roger cum vino, & vsquequó custos non petijt cuius erat vinum, & quod necesse erat in Civitatem cum dicto ire, nõ dixit Reverendus Canonicus suũ esse, ex quibus satis colligitur, quod si dictus Roger vinum introire potuisset, suum esse non dixisset, sed tantum hoc dixit quando vidit vinum incommissum incidisse, & apprensum esse à custode.

80 Quarta vrgens præsumptio colligitur, & (meo iudicio) concludens probatio dictum vinum esse Michaelis Rogerij nõ solum ex eo, quia illud apportabat, sed quia si fuisset dicti Canonici vtiqué licentiam petijsset, (cum qua sicuti articulavit ipsemet liberé potuisset dictum vinũ introire, & nos absquè præiudicio pro nunc concedimus,) & cum non petijt licentiã nullo pacto est credendum suum esse, ex eo quia non præsumitur, quod voluisset Canonicus prædictus facere rem sibi dãnosam, & litem laboresquè accipere, quando omnia si licentiã petijsset evitata fuissent; quæ res erat tam facilis; ex quibus omnibus non solum coniecturis, sed evidentis probationibus satis infertur, vinũ esse prædicti Michaelis Rogerij, qui illum ducebat, & quod Reverẽdus Canonicus ad evitandam pœnam, in quam incidit prędictus Roger, dixit suũ esse, qua propter merito benè, & Iuridice potuit Civitas ad executionẽ devenire, & facere; etiã si scientiã habuisset (quod negatur) à custode, quod Canonicus ei dixit suum vinũ esse; quia dicta essertio nõ fuit iurata, sed simplex, & qualitas personarũ aliter suadebat, nec nõ extantib⁹ præsũptionibus, & coniecturis supra traditis evidẽter, & in promptu constabat vinũ non esse Canonici prædicti; provt dixit pulchre. Ansald. *de iurisdict. par. 5. tit. 4 cap. 3; & vltim. num. 29. & seqq. Ibi Clerici, seu quacunquè Ecclesiasticæ personæ pro rebus; quas deferunt alienis vecti-*

gal. sive gabellam tenentur solvere; etsi dubium fuerit inter publicanos, & Clericos an res pro vsu, vel causa negotiādi transuebantur, vel transuehens Clericus sit, aut laicus iuramēto standum est transuehētis idquè antea scripserat glos. sub verbo non negotiandi dicta Clementin. Præsenti versic. si autem inter levatorem pedagij nisi qualitas rerum, & personarū aliud suaderet, vel nisi contraria probatio esset in promptu, vt ibi glos. prædicta subiungit, & sequuntur Ioan. Anton. Niger *in d. extravagant. vnica* Clement. 7. *de vita, & honest. Clericor. nu.* 321. Dominic. à Sancto Gemin. *in d cap. quāquam nu. 7. in princ.* Bonifac. Vitalin. *in d. Clement. præsent. 1. num. 36. vers. nam si est deferens idem scribens si est dubium, an res sint propriè Clerici, vel non*, sed in casu nostro (sicuti dictum est) qualitas rerum, & personarum aliud suadet, & probatio in promptu in cōtrarium erat, & Reverendus Canonicus sinè iuramento suum dixit esse; ergo &c. *vt pulchre dixit idem* Ansald. *loco supracit. à nu. 15. vsquè ad 29.* omnino vidēdus quia rationē *in nu. 23. 24. & seqq.* affert cur Clericis nō sit credēdum, etiam cum iuramento tamē si omnia hucusqué fundata aliquā controversiam haberent, & remaneret aliquod dubium, hoc tollitur stante immemoriali consuetudine observantiæ privilegij prędicti, tam contra laicos, quam contra Ecclesiasticas personas.

81 Quia sciendum est, quod immemorabilis consuetudo observantiæ privilegij prædicti bené obligat Clericos, Ecclesiasticasquè personas ad gabellas, pedagia, & alia solvendum, non solum ad dictam prohibitionē observandam, etiam si nón adesset privilegium, vel non constaret de illo sicuti claré. *Innocent. 3. Comiti Tholosano in cap. super quibusdam 26. de verbor. signific. sequentibus claris verbis rescripsit: Præterea cum pedagia, guidagia, salinaria tibi legatus interdixerit memoratus, auctoritate Apostolica duximus declarandum, illa esse pedagia, salinaria, guidagia interdicta, quæ non apparent Imperatorum, vel Regum, vel lateranensis Concilij largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine à tempore, cuius nō extat memoria introducta*, & ita scribunt, & tenent per dictum textum *Glos.* ibi *sub verbo non extat memoria in princip. his verbis illa consuetudo, cuius non extat memoria ius, sivè privilegium inducit*, Abb. *in d. cap. super quibusdam nu.* 3. Et vt ad magis particularia deveniam, dico quod absquè controversia; consuetudo immemorabilis est valida, tenet, & ligat Clericos, quādo aliquando, & in certis casibus id permittit, *ita* Sesse *ex multis DD. probat in tract. de inhibit. §. 3. cap. 8. num. 53. 136. 146. & 154.* Salgad. de Reg. *protect. par. 1. cap. 1. prælud. 2. num. 128; vbi inter alios citat.* Mart. *in tract. de iurisdic. 4. par. cent. 1. cas. 64. num. 13; vbi dicit, fuisse iudicatum per* Rotam *in decis. 102. par. 3 lib. 3. divers.* Et ex causa publicæ vtilitatis, & quando statui Sacerdotali grave detrimentum nō afferat *idem ibidem num. 147. & sub. d. n. tradit exemplum (in hoc Principatu Cathalonia quotidie practicatum) adductum ab* Oliban. *de iure Fisci cap. 14. num. 3. & 9. in n.* 10. remissivè dicit, quod potest iudex secularis absq. metu cēsurarū de causis Clericorū cognoscere Roderic. *de annuis reddit quæst. 17. lib. 1 n. 58. & 62.* Garcia *de nobilitate glos. 9 nu.* 35. & in fortioribus terminis, quā nostris dixit Abbas *in cap. cum nobis 11. de præscrip. n. 11. vers. quædam sunt iura reservata Principi, &* Ansald. *de iurisd. pars. 5. tit. 3. cap. 3. in nu. 260 cum pluribus seqq. dicit ex* Paul. de Castro *in l. iubemus nulla 10. C. de Sacrosanct. Ecclesi. nu 2.*

nu.2. quod necessitas, & vtilitas publica præfertur privilegio Ecclesiarũ, & *citat etiã* Ioan.Francisc. à Rip. *in l.si se non obtulit §. ff.de reiudic.n.31. vers.tamen hoc sane interpetrandum,* Anton.Galeaz. Malvas.*cons.26.in causa magnificæ cõmunitatis Ariminẽsis nu.1.& 2.* sine desidia legẽdus,& Ansald.*in d. loco* rationẽ reddit, Ioan.Bapt.Laderch. *cons 45. opinor. ex his quæ ex facto ipsorũ ipso num.3.vers.alterius generis exemplum* omnino vidẽdus.

82 Sed in casu nostro consuetudo prædicta vtilitatem publicam,& ipsorum Ecclesiasticorum concernit, nec non nullum detrimentũ eis affert,& in certis casibus solũ permittit per laicos,(vt supra probavimus) cognosci; ergo certum est, illos comprensos esse sub dicto privilegio, seu consuetudine,ac ad ipsam observandam ligari,& teneri.

83 Et quod non solum consuetudo immemorabilis ligat Ecclesiasticos, sed etiam centenaria,claré determinat summus Põtifex *in cap. ad audientiã 13.de præscripcion.Ibi respicientes,quod est longe validius ipsum negotiũ tangere principaliter Romanam Ecclesiam , contra quam non nisi centenaria præscriptio currit cap. si diligenti eodem tit.conformavit se Ecclesia per hæc divinis testimonijs,quibus vetustis moribus adherere monemur,vt apud* Iob. *cap.8;ibi, interroga enim generationem pristinam,& diligẽter investiga patruum memoria.& in proverbijs cap.22.habetur ne transgrediamur terminos antiquos,quos posuerunt patres nostri;* Cõsuetudo enim prævalet,iuri positivo Principi ac Papę gratiæ ita *Innocent.in cap.ad Apostolicam de simonia,& in cap.novit de iudicijs,& in cap.cum contingat de foro competenti,*imo,& contra Canones valet consuetudo.Abb.*in cap. venerabilis de præbendis,*& transgressor consuetudinis debet puniri,sicuti trãsgressores legis provt cum multis prosequitur, & ornat Roch.de Curt.*in cap.cum tanto de consuetudine à num.9.* & dicta fortius militant,& absquè vlla quasi controversia, stante tacito consensu, & permissu Pontificis,& ipsius officialium,nec non Episcopi Vrgellẽsis,& omnium Ecclesiasticorum Civitatis prædictæ ad abũde tradita per Salgad.*de Reg. protect.par.1.cap.1.prælud.2 in nu.139.cum pluribus seqq.*sine desidia legẽdus,& pulchrè ibidẽ *in nu.148.& seqq.vbi infinitos allegat,etsi* Diana *in lib.2.de immunit.Ecclesiast.quæst.5.*cõtrariũ conatur defẽdere,tamẽ in vers. sed his nõ obstãtibus *ex d.* Salgad.Lessio, Turriano,Salas,Vasq. Molin. & Malder. videtur cõtrariũ sentire,& ad nostrã opinionẽ accedere;tamẽ omnis difficultas tollitur ab allegatis per Cutell. *in tract.de immunit. Ecclesiast in quæst.5. lib.2. per totam.*

84 Et pulchrè, & latè per multas regulas, limitationes, rationes, & alia tractant in specie materiam omnino videndi , & sine fastidio legendi Cutell. *de immunit.Ecclesiast.lib.2.quæst.4. 5. & 6. per totam,*Selse *de inhibit cap. 8.§. 3 per tot. citat.* Salgad. *de Regia protect. d. par. 1. cap.1. prælud.2.in verbis por costumbre immemorial.* Ansald.*de iurisd.par. 5. cap.3. tit.3. per tot.* vbi omnia ad cõprobationẽ istius materię habes,quib⁹ addo Covarr. *pract.99. 35.nu.5.* Ricc.*par.4.decis.89.n.4.* Ioan. Narbon. *de appellat ad vicar.par.cap. 2.fundam.4.nu.4.* Cevall.*tract.de coegit.per viam violẽtia glos.4.nu 1.& seqq.* & Gonzal. *ad Reg.8. Cancell.glos.33.nu.4.* Pereyra *de manu. reg. cap.5.num.6. & seqq.*ex quibus saltem claré patet rem esse dubiam , & multos DD. pro Civitate decidere,vnde evenit alia incontrovertibilis iuris cõclusio, nempe quod

pe quod in casu dubio, an aliquid sit contra ius divinum, vel contra immunitatem Ecclesiasticam, nec ne, tunc recurramus ad consuetudinem, quæ potest etiam ius Divinum declarare, & in favorem cuius invenimus eam extitisse, in sui favorem declarandũ est, *iuxtà pulchrè tradita per cit.* Salgad. accuratè legẽdum *in d. par. 1. cap. 1. prælud. 2. in n. 122. & seqq.* vbi hoc probat ex infinitis Authoribus, & rationibus idemq. tenet *cit.* Sessè *de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 152. & seqq. pulchre* Cravett. *omnino videndus in cons. 258. num. 86.* Posth. *de subastat. in spect. 4. nu. 4.* Gratian. *decis. 25. in addit.* Tondutus *de prævent. iudic. par. 3. cap. 10. à num. 7.* Prudentissimus, & eruditissimus D. Michael de Cortiada *in decis. 24. à nu. 41. & in nu. 43.* ampliat procedere prædicta etiam in materia immunitatis Ecclesiasticæ, & idem dicit Fontanell. *in decis. 301. à num. 20. decis. 303. num. 3. 15. & seqq. & decis. 304 à n. 3.* Sed in casu nostro adest cõsuetudo, quod Civitas potest cognoscere Clericos vinum extraneum apportantes in Civitatem absqué licentia, & pœnam exequi, ergo est standum opinioni dictæ consuetudini adherenti, & sic quæ est in favorem Civitatis *ad tradita per* Alex. *cons. 107. pernult. & vltim. col. lib. 2.* Aretin. *in cons. 11.* Hippolit. de Marsil. *in cap. at si Clerici de iudiciys nu. 205.* Dec. *cons. 43. col. 2. in princ. & in cap. cum* M. Ferrer *de constitut. quæst. 4.* Roch. de Curt. *in repeti. rubr. de consuetud. quæst. 4. prin.* & infinitos alios hoc tenẽtes citat dictus Salgad. *in præallegato loco*, vbi rationem assignat ex eo quia consuetudo est optima legũ interpres *cap. cum dilectus de consuetudine l. si de interpretatione, & l. si minimè ff. de legat.*

85 Vnde ex dictis firmatum remanet, consuetudines observantiæ privilegij prædicti Ecclesiasticos ligare, & prohibitionem virtute dicti privilegij, & consuetudinis factã ipsos comprendere. Remanet nunc probandum, quod in casu nostro non solum adest consuetudo centenaria, & immemorialis, sed quod ista fuit approbata á Summo Pontifice, & recepta ex cõmuni consensu Episcopi Vrgellensis, & omnium personarum Ecclesiasticarum, & hoc non solum tacitè, (quod sufficit ex dictis,) sed expressé cum Civitas in articulis suis 12. & 13. per duos testes, vel plures de auditu antiquorum probat, dictum privilegium confirmatum fuisse à Pontificè, quæ probatio in casu nostro dicitur plena, & sufficiens cum Testes de auditu, et si facta de recenti non probant in antiquis secus, maximè quãdo antiquitas memoriam hominum excedit, (sicuti in casu nostro) ita Farinac. *quæst. 69. cap. 3. num. 125. & 126.*

86 Etiam probavit eodem modo, quod Episcopi Vrgellensis Civitatis cum essent in Civitate Balagarii licentiam petierunt ad effectum, vt potuissent vinum extraneum pro suo vsu introire, nec non cõcludenter probat per plures testes de causa scientiæ, semper per Clericos, Ecclesiasticasqué personas licentiam in scriptis petitam fuisse, & quando sinè ipsa vinũ introiverunt, fuit illud apprensum á Civitate, & qui dictum conducebat carceratus fuit, nec non fusta, in quibus vinum veniebat fuerunt incisa; Et si vnus testis hoc vltimum tantùm dicit, tamen tres dicunt apprensionem, & duo carcerationem. Nec obstat dicere quod aliquis testis dicat quod nescit quomodo fuit res acomodata, quia hoc ad nostrum intentum nihil facit; cum hoc dicere, non est recedere á quo dixerunt, & quod facit

cit ad probationem in favorem Civitatis, nēpe de facto in carcerē cōiecisse eum qui vinum Clericorū ducebat, & dictū vinū apprendisse, nec nō plené probavit Civitas per immemoriale tēpus sēper adfuisse in Civitate consuetudinem observatoriā privilegij prædicti, & quod in quolibet anno per publicū prçconē incidit, quod nulla persona, ex quocūq; gradu cōditione, & statu esset audeat vinū extraneū introducere sub pœnis in dicto privilegio contentis, provt omnia constant in processu, & ex testiū lectura colligitur, nec non in fol. 173. adest fides, quod est solitum, & consuetum dictam legem per Civitatem promulgari, quo stante ambigi non potest, quod consuetudo predicta Clericos ligat ad tradita per Paul. de Castro *in cons.* 423. *lib.* 2. Gabriel. Pereyra *in tract. de manu Reg. cap.* 10. *par.* 1. *n.* 2.

87 Vnde ex omnibus supra dictis non obscure patet, quid determinandum sit, & quomodo decidenda causa ista, & quantum sit ius, & iustitia, quā Civitas habet, & quāvis ex abūdè scriptis nō esset necesse aliud dicere tamen vt magis pateat summa ratio Civitatis ad infra dicenda deveniam,

ARTICVLVS, SEV PARS TERTIA.

88 QVOD statutum prædictum nè vinum extraneum in Civitatem ducatur, vel in illam ductum extrahatur, ligat etiam (absoluté, & generaliter loquēdo) omnes Ecclesiasticos personas, ambingendū non est, iuxta tradita pūctim per Vasquez *in controvers. vsu frequen. cap.* 4. *n.* 18. Morl. *in empor. iur. par.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 16. *ff. de legibus n.* 19. Mexia *in pragmat. tax. panis concl.* 5. *n.* 17. *& per totam*, Ferdinandus Menchaca *controvers. vsu frequent. cap.* 4. *n.* 18. & d. Morla assignat rationem, ibidem; nempé, quod dicta statuta in Hispania ligāt Ecclesiasticos, quia ex antiquissima consuetudine sunt confirmata, & in ea mixtus consensus; & si tacitus, Clericorum, & laicorum interfuit, quo casu consuetudinem prædictam Clerici observare tenentur, pro vt dicit tenere Andr. Barbat. *de rebus Eccles. non alien. in rubr.* sequitur Casan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 9. §. 10. *n.* 53. Avil. *in cap.* 17. *Prætor. glos.* 1. *vers. buenas n.* 12. Pereyra *in tractat. de manu Reg. par.* 1. *concordatis Regis Sebastiani concord.* 291. & ratio huius decisionis est quia impium esset, lucrum, & pecuniā exteris dare pro suo vino, & cives, Civitatemque illis privare contra Cassiodori sententiam relatam per Cutell. *vot.* 15. *ad leges Martini fol.* 330. Cod., *qui dicit, iustius esse vt incolis propria fœcunditas serviat, quā vt eā peregrinis cōmercijs studiosa cupiditas exhauriat*, & pulcherrimé prædicta confirmantur à divina, naturali, ac ab omni alia lege; nempè dilige proximum tuum sicuti te ipsum, & quod tibi non vis alteri nè feceris, alterum non lędere &c. & ad propositum nostrum benè dixit I. C. *in l. Præses, vers. durum est, & crudelitati proximum ex tuis prædijs agmen aquæ ortum sitientibus agris tuis ad aliorum vsum, vicinorum iniuria, propagari C. de servit; & aqua* Borrell *de Magistr. ædictis lib.* 3. *cap.* 14; *& n.* 77. Rovit. *in rubr. pragm.* 2. *de extract. fol.* 206. Afflict. *decis.* 290. *nu.* 9. Sorgent. ad Neapol. illustr. *cap.* 24. *n.* 26. tanto fortius, quod ex lege Evangelica, & æquitate illa naturali dictam prohibitionem Clerici observare tenentur, ex eo quia (sicuti diximus) eis non nocet, alijsque omnibus civibus, nec non

Civi-

Civitati, & ipsis etiam prodest, nè iniqui redarguantur, *ex l. penult. C. de pret. imper. offic. vers. nisi fortè.*

89 Ex alia fortissima ratione cõmuniter approbata, & desumpta à Sacris Canonibus, prædicta firmata cõclusio adiuvatur; nempe quod esset impiũ, dictam prohibitionem solum laicos ligare, ex eo quia omnes tam Clerici, quam laici sunt cives Balagarij, & etiam omnes inspecto communi iure poterãt vinum extraneum in Civitatem introducere, quia laicis prohibitũ ex iure civili, nec interdictũ reperitur, imò tantum per dictam prohibitionem privantur illud inferre ex eo quia Reipublicæ bonum, & Vniversitatis commodum respicit, nec non omnium civium tam Ecclesiasticorum quam laicorum (sicuti supra probavimus) & sic ex communi, & æquali bono solum laici incommodum, & Ecclesiastici cõmodum sentirent quod est contra legem Evangelicam, naturalem, canonicam, ac civilem, & isti legibus natvralibus divinisque sunt subiecti, sicuti quasi in nostris terminis dixit Ansald. *de iurisd. par. 3. tit. vnic. cap. 19. num. 7. & per tot.* vbi mirabiliter ad materiam; & probatur ex authoritate Divi Petri ad clerum *epist. 1. cap. 5* & Hieronim. ad Nepotianum *de vita Clericorum in cap. negotiatorem* 88. *distin. & in cap. Clericus* 12. *quæst. 1. & in cap. duo sunt ibidem,* imò nec humano, nec divino iure omnino à legibus civilibus sunt exempti, quia (clericatu non obstante) sunt cives, & membra Reipublicæ Secularis idem Ansald. *in loco supra cit. n.* 41. *&* 42. *cum omnes laici, & non Clerici nascũtur, & quamvis per aßumptionem clericatus statim quod quis Clericus efficitur in hæreditatem Domini aßumatur cap. 1. distinct. 21. cap. duo sunt* 712. *q. 1. cap. cum sæculum* 16. *de præbend.* & à potestate seculari eximatur, & Ecclesiasticæ subditus esse dicatur *cap. si diligenti, cap significasti* 18. *de foro competenti.* Attamen non propter hoc, nec in dominio Principis secularis, nec districtualis, nec civis Clericus esse desinit, nec totaliter à subiectione Principis liberatur, hæc cit. Ansald. *in d. tract. par. 2. tit. 11. cap. 3. n.* 190. *cum quatuor seqq.* vnde merito dicendum erit, quod si gaudent beneficio privilegij ad suum vinum vendendum, vel arrendandum maiori pretio quod vel amitterent, vel parvum lucrum acciperent, teneantur ad prohibitionem observandam.

90 Etiam ex dictis constat quod Civitas Balagarij est Patria Ecclesiasticarum personarum, & sic nescio quomodo contra illam, bonum publicum, & contra omnia iura prætendunt Clerici prædicti comprensi non esse in dicta prohibitione; ex qua minus iusta prætensione tot damna, tot expensas Civitas patitur, quando inquit Hieronimus in Hierem. *cap. 7. Quid Patriæ amatore pulchrius, & naturale est, vt vnusquisq; natale diligat solũ, & nihil dulcius habeat patria,* & nemo debet procurare diminutionẽ, & perditionẽ Patriç suç, quomòdo eveniret, si cõsequeretur quod intẽtãt Clerici (sicuti Civitas plenè probavit) qui ingrati cõtra patriam se exhibẽt iuxtà exempla tradita per Quintiliã. Mandos. *ingratitudinũ lib. 1. cap.* 27. quibus adde quod adducit Phalaris Astupalẽsibus, *& dixit Socrates in oratione ad* Philippũ 12. *etenim Argos tibi patria est cuius iustum est tantã te curam, & providentiam gerere, quantum tuorum quidem parentum,* & Cicero *in somno* Scipionis *sunt (inquit) optimæ curæ de salute patriæ, quibus excitatus*

tus animus velocius in celestem sedem, & domum suam prævolabit, sequitur Ioan. Ant. Piperonus *de omni verò officio lib. 7. cap. 1.* & conferũt adducta in proposito per Cassaneum *in catalago Gloriæ Mundi par. 12. consid. 17.* Andr. Tiraq. *in tract. legum connub. l. 7. n. 66.*

91 Et tamẽ cõtra omnẽ legem, & cõtra patriam Ecclesiastici prætendũt esse exempti; & hoc non quia bonum ius fovent, & ad effectum libertatis Ecclesiasticæ defendendi (sicuti dictum mihi fuit) sed ex antiquo odio, & causa; prout ab alio supplici libello memorali à Civitate impresso paucis annis elapsis nõ obscure colligitur: Nec per Civitatẽ stetit dictã controversiã amicabiliter dirimere, & in pristinã quietẽ omnia reducere sicuti patet, & constat ex fide præsentata in fol. 172; & de ista digressione à me facta nõ possunt Zoyli acriter mea scripta cẽsurare, quia pro defensione Civitatis calamum accepi, & ideo non possum tuta conscientia non dicere omnia, quæ ad defensionem ipsius pertinent, & conducunt.

92 Et vt redeamus ad fundandam nostram conclusionem, dico, cum Cutell. ad Dianam *de immunit. Ecclesiast. lib. 2. quæst. 70.* quod dupliciter considerari potest dicta prohibitio; nempe provt introducta favore solùm civium, vt carius suos fructus venderent, vel cõmodo tantum ipsorũ, qui vineas haberent, seu vt Civitas lucrum à dicta prohibitione acciperet, vel gabella exigeret; Et in isto casu dici potest, quod non ligat Ecclesiasticos dicta prohibitio: Vel cõsiderari potest in favorẽ publicæ vtilitatis, vtpotè quod Cives pretij moderatione, vel quãtitate allecti predia, vineasq; libẽtius & hilari animo excolant arbores inserãt, vineas plantẽt, in Civitate permaneant, & quod ex dicta cultura plures pauperes vivant, cũ possint ex illa, si sunt mercenarij iustum pretium accipere ex laboribus suis, & si domini vinearum lucrum iustum habere in vendendo vinum; cum aliàs ob vilitatem pretij culturæ non incumberent; quia mayor esset impensa, quam valor fructuum, & ideo melius prædia inculta relinquere, quam arbores serere, & vineas plantare esset, & etiam nè pecunia, & lucrũ extra Civitatem exiret, & bonum exteri haberent, & cives incommodum, contra regulam, quod prima caritas incipit à se ipso; Et in hoc secundo casu certũ est omnes comprendere, Ecclesiasticasquè personas observare prohibitionem teneri, tanto fortius quando prohibitio non est pro toto anno, sed temporalis tantum, & in aliquibus mensibus, & hoc, quia vina territorij vsque ad ver conservari non possunt, quia corrumperentur, & vt prius vinũ proprij territorij consumi possit, sicuti dicit prohibitionẽ similẽ extare in Civitate Messanæ, prædictus Cutell. *in n. 7. & seq. loci precit.* & in isto casu firmat Clericos esse comprensos sub dicta prohibitione, & rationem affert; Ibi, *& tunc cum per breve tempus id percipiatur, vinaque Clericorum, sicut & laicorum eque respiciat, nec ad magnam, nec ad aliquam lesionem referri potest, & si qua est modici præiudicij (cum sit) in considerationem non venit argument. l. Si debitori 21. ff. de iudic. ibi; nequè enim magnum damnum est in mora modici temporis l. quoties C. de precibus imper. offer. ibi sine gravi partis alterius dispendio* Bart. *in l. fin. num. 3. glo. penult. C. si contra ius vel vtilitatem publicam*, Abbas *in cap. que Ecclesiarum n. 12.* Felin. *num. 24. de constit.* qui aiunt parvum incommodum nõ inducere immunitatis lesionẽ.

93 Quæ doctrina est in terminis terminantibus nostræ questionis, ideo

tan-

tanquam punctualis plusquam millia in generalibus terminis loquentium valet. Fontanell. *decis. 89. lib. 1. num. 1. qui infinitos allegat.* cùm omnia prædicta in casu nostro planè concurrunt sicuti Civitas plenè probavit, & Adversarij nihil in contrarium.

94 Et in istis terminis difficillimè contrarij invenire possunt doctrinam punctualem, terminantemquè, sed solum generale,quæ non iuvat, & Cutell. magis est credendum,quam alijs,tanquam distinguenti; quia Doctoribus distinguentibus magis creditur cũ sint proximi veritati, Costa. Sicul. *cõsil.7.n.33. & cõs.70.n.33.* & si objiciatur,quod tãquã laicus est defẽsor secularis iurisdictionis,ideo est in aliquo suspectus;Respõdetur.Primò,quod eãdem objectionẽ patiũtur qui Ecclesiasticam defendũt,sicuti Diana, del Benè,Sperell.& alij quia Ecclesiastici; Secundò dico,quod Doctoribus non est credendũ ex eo quia aliquid dicũt,vel scribunt,sed ex quibus rationibus moti fuerunt ad illud dicendum,cum doctrinæ ratio nõ Doctoris opinio est ponderanda, Ansald. *de iurisd. p.2.tit.11.cap.20. num.22.* & si fideliter perpendamus rationes supra adductas ab ipsomet Cutello, & alias ab alijs cõntrarium tenẽtibus ponderamus, absquè dubio necessarium nobis erit ex earum vè cum Cutello convenire,& concluderé.

95 Non solũ ex dictis summa Civitatis iustitia deducitur,sed ex alia iuridica conclusione communiter à Doctoribus recepta ; nempè , quod ad cognoscẽdum si statuta,& leges laicorum ligant Clericos ad tributum, seu gabellam solvendum, vel ad hoc vt comprehendãtur sub aliqua prohibitione est examinãdum. Primò,an dicta prohibitio ob publicam vtilitatem facta ; indirectè , aut principaliter Clericos ligat. Secundò si illa est facta animo iniuriandi Ecclesiasticos , & ab illis pecuniam ; vel aliquid aliud extorquendi , quod alio modo extorquerẽ nequeunt; an verò hoc animo non fiat,eo quia si non adessent Clerici adhuc extaret prohibitio, vel gabella imponeretur , nec prohibitio magis gravaret Ecclesiasticos, quam laicos,& Primò casu dicũt Doctores,Ecclesiasticos nõ teneri.Secundò omnino obligatos esse,ita pulchrè sine desidia videndi scripserunt. Astens. *in summa lib.3.tit.30.art.4.* Rosella *vers. pedagium nu.17.* Angelus *in verbo immunitas.nu.42.* Lopez *par.2.cap.40.& in instruction. par.1.cap.40.* Richard. *quodlibeto.2.quæst* 30. Laiman. *lib.3.tract.3.cap.3.num.4.* Sanchez *in opusc. tom.1.lib.2.cap.4.num.40.dub.55.* Silv. *eodem verbo immunitas 1. quæst.6. nu.22.* Emanuel Rodericus *in compend. ver. tributum,& quæst. regular. tom.3. art.7.10.& 13.quæst.74.* Henriquez *lib.10.cap.15.num.5. & in glos. lit. O,* & est doctrina Silvestri *in verb. immunitas nu.22.quibus addo* Malder.1.2.2. *tractat.5.cap.6.dub.11.in fine* Paul. de Castro *cons.423.lib.2.* Octavian. Vulpellius *de liber. Eccles.par.2.num.51. & perbellè lateq.* Cutell.ad Dian. *de immunit.Eccles.lib.2.quæst.46.per totum.*

96 Sed in casu nostro omnia prædicta, & plura alia requisita pro secunda opinione concurrunt, quia ista prohibitio nõ fuit facta animo Ecclesiasticos iniuriandi, nõ animo extorquendi aliquid,nec principaliter, nec indirectè eos lædit,sed beneficium affert, sicuti supra probavimus, & etiam si ipsi non adessent in Civitate,vtiquè dicta prohibitio extaret,nec ipsos magis gravat quam laicos, imo minus; ergo est dicendum illos comprehendere,& ad ipsius observantiam teneri.

97 Ex quamplurimis alijs incontrovertibilibus, & iuridicis conclusionibus nõ minus evidẽter probatur, dictam prohibitionem Ecclesiasticos cõprehẽdere, illosquè ad eam observandam teneri, & ex traditis ab acerrimis defensoribus Ecclesiasticæ immunitatis, ac libertatis, sicuti sunt Diana, del Bené, & alij, qui communiter tenent, quod exigẽtes gabellas, cum animo restituendi in fine anni, licitè hoc facere possunt absquè metu incursus cẽsurarum, ex qua sentẽtia claré infertur à fortiori in casu nostro dicendum esse prohibitionem prædictam de vino extraneo, per certũ tempus in Civitatem non conducendi Ecclesiasticos comprendere; & contrafacientes pœnam commissi exequi posse.

98 Duas opiniones Doctores proximé citati tradunt, prima est del Bené de immunitate Ecclesiastica *in tom. 1. cap. 5. dub. 7. sect. 13. per totã*, qui dicit, ibi, *& sic etiam censura in bulla cœnæ Domini si restituatur Ecclesiasticis in fine anni simul interesse (si re vera intercessit) totum, quod fuit exactũ, & ipsius exigentibus aliquid plus in compensationem incomodi, quod re vera interim illi per annum passi sunt, quia sic ipsorum immunitas non aufertur, sed differtur, & multo magis si quod exigerit ad finem boni communis; scilicet vt evitentur fraudes publicanorum exigentium gabellas exigatur &c.*

99 Secunda est Dianæ *in par. 1. tract. 2. de immunit. Ecclesiast. resolut. 45.* vbi adducendo prius Duard. & alios dicentes, quod dicit del Bené (qui authoritate ipsorum movetur) postea cõcludit formalibus verbis, ibi, *At his non obstantibus puto sine vllo scrupulo nostram Civitatem hanc consuetudinem observare; nempe in fine anni pro vectigalibus solvere Clericis, vt vulgo dicitur, lo scattato &c.* & istam secundam sententiam Cutell. ad dictum Dianam in loco citato defendit mirabiliter.

100 Et sic tam prima, quàm secunda in terminis affirmant bené exactionem, seu prohibitionẽ Ecclesiasticas personas ligare si tria concurrũt, nempè quod sit pro bono publico facta, vt fraudibus publicanorũ obviaretur, secundò, quod Ecclesiastici in hoc consenserint, tertiò, quod nullum interesse patiãtur Ecclesiastici. Applicemus nũc prædicta ad nostrum casum, & sine dubio in multò debilioribus terminis nos esse, & versari, quis dubitare audeat cum cõtroverti nõ possit, quod hoc privilegium; seu prohibitio bonum publicum respiciat nõ solum ad hoc, vt fraudes obviaretur, sed ad hoc vt omnes Cives, & Civitas prædicta magnum lucrum, & vtilitatem habeant (sicuti supra abundé diximus,) & quod Ecclesiastici consensum præstiterunt, nec etiam est ambigẽdum cum patet evidenter, quod ita per immemoriale tempus stilatum fuit (nullo Ecclesiastico reclamante,) & Civitas plené probavit, ac notorie patet, & constat ex processu Ecclesiasticos à Civitate, & arrendatarijs vini habere, vt vulgo dicitur lo plombo ad effectum, vt vinum possint emere pro eorum vsu absquè solutione aliqua.

101 Quibus stantibus certum est, ex dicta prohibitione Clericos nullum damnum sentire, nec habere, sicuti etiam Civitas concludenter hoc probavit, & quod ipsi consenserunt ad plumbum accipiendum, & quod de facto dictus Canonicus de Esteve illud habebat ac tenebat tempore, quod vinum non suum introducere pretendebat.

102 Tamen ad maiorem claritatẽ huius negotij est sciendum, quod Ec-

clesiastici per dictam prohibitionem nullũ aliquod interesse patiũtur, cum nihil antea, nec postea solvunt, sed tantum si aliquod damnum cõsiderari posset esset solum, quia libertas emendi vinum extraneum eis interdicta esset, & hoc contra immunitatem Ecclesiasticam, & hoc est totum eorum præiudicium.

103 Vnde si nõ obscuré obstendam propter dictam prohibitionem, vel pactum, nullum damnum, imo beneficium Ecclesiasticos habere, certum est, quod dicta prohibitio valeret, eos ligaret, libertatemq. Ecclesiasticam non lęderet, & per cõsequens ad illam observandã clerici teneri, & bené à Civitate posse interdici nè vinũ extraneum ducant; Ad quod probandũ præmitto. Primò, quod prohibitio licita à laicis imposita ligat Clericos, quãdo modicum damnum affert, ita Malder. *in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 11.* vbi inquit, *est licita contributio laicis imposita, quando in valde modico gravat Clerum &c. vt si grauamen vino sit impositũ, quod ex cõmuni cum laicis ex taberna Clerum accipere velint*, ita etiam tradit Coriolan. *in bulla cœne exomunic.* 18. *fol. mihi* 949. Castrens. *cons.* 423. *lib.* 2. Lassarte *de decima vendit. cap.* 19. *num.* 10. Purpurat. *cons.* 489. *num.* 7. & 8. Gloritius *cons.* 6. Velásc. *de iure emphiteutic. q.* 17. *num.* 5. Bursat. *lib.* 1. *cons.* 42. *num.* 14. Mexia *in pragm. taxa panis concl,* 5. *num.* 39. Alexand. *de iure Fisci resolut.* 5. *num.* 7. *lib.* 1. Boerius *decis.* 231. *nu.* 19. Nec vllum incommodum ad vinum emendum Ecclesiastici habere posũt ex dicta prohibitione, quia nõ solum suas immunitates tenent, & vinum emunt liberè, & absquè vlla solutione, sed quia in dicta Civitate adsunt quamplurimę tabernę apertę, in quas Ecclesiastici confluere possunt, vt sine vllo onere, & gravamine iusto pretio emunt, quod opus habẽt vt constat ex publica fide à Civitate præsentata, & exhibita in fol. 174. ex qua patet in dicta Civitate multas tabernas adesse, vbi vinum album, nigrum, & claretum venditur, quo stante libertas Ecclesiastica neque in minimo lęditur, sicuti docent ex communi opinione Ledesm. *cap.* 2. *concl.* 27. *tract.* 7. *tom.* 2. Hentriquez *lib.* 10. *cap.* 15. *num.* 5. & *in glos. lit.* O, Cutell. *de immunit. Ecclesiast. lib.* 2. *quæst.* 46. *num.* 10. & 10. vbi pulchram rationem affert Rodriquez *tom.* 2. *cap.* 75. *num.* 14.

104 Secundò sic dilemmaticè arguo, aut est verum, quod Ecclesiastici articulant, & probare conãtur, nempé quod prohibitio ipsos non comprendit, quia posunt tamen prævia licentia vinum introire, aut non, si est veritas certum est, nullum damnum Ecclesiásticos habere, si non est, etiam est indubitatum præsumendum esse nullum interesse habere ex dicta prohibitione, cum ex cursu tam longissimi temporis tacuerunt, & non reclamaverunt.

105 Tertiò dico, quod fraudibus obviare libertatem Ecclesiasticam non est violare, sed Civitas, & nos supra plenè probavimus; quod si potuissent Ecclesiastici vinum extraneum introire, esset viam fraudibus aperire; ergo est dicendum, quod ista prohibitio pro bono publico, & pro fraudibus evitandis simul; ipsos comprendit.

106 Quartò, & vltimo dico, quod non solum Ecclesiastici ex dicta prohibitione nullũ damnũ, seu interesse habent, quin imó multò maius est lucrum, quod recipiunt in vendendo, seu atrendando suum vinum collectum

ctum ex suis vineis, beneficijs, primitijs, & decimis, quam damnum ex eo quod non possunt vinum extraneum inferre, quo non egerent, si vinum proprium non venderent, seu arrendarent, sicuti Civitas plenè probavit, vltra quod omnes ipsorum parentes, fratres, consanguinei, affines, amici, concives, & vniversitas etiam commodum sentiunt ex dicta prohibitione, & si ipsa non extaret, magnum damnum omnes sentirent, & Civitati impossibile esset solvere id quod in singulis annis Ecclesiæ solvit (sicuti supra diximus) ex quibus omnibus nescio quomodo possunt Ecclesiastici, & qua ratione pretendere comprehensos non esse, & observare non teneri prohibitionem prædictam, cum sit communis doctorum sententia in hoc casu Ecclesiasticos comprahensos esse, & teneri prohibitionē observare, provt ita in fortioribus terminis (præter supra citatos) dixerūt Novar. *q. forēs. par.* 1. *q.* 17. *n.* 5. *&* 6. Molin. *de iustitia, & iure disputatione* 672. *n.* 4. Zaiman. *tract. q. cap.* 6. *vers. verè etiam*, Grassus *de effectibus clericatus effectu* 3. *n.* 20. Fontanel. *decis.* 108. *n.* 14. *&* 20. Cancer. *cap.* 4. *variar. resolut. par.* 3. *n.* 225. *& seq. &* 277. Xammar. *de privileg. Civitat. Barcin. n.* 8. 12. *n.* 32. & ratio, cur ista prohibitio ligat Ecclesiasticos est quia in tantū prohibitio, seu lex à laicis facta Ecclesiasticos non comprahendit, nec ligat, in quantum observantia ipsius ratione superioritatis ab illis prætenderetur, quod est, interdictum exercere laicos ergà Ecclesiasticos, sed quandò est in recompensationem, satisfactionemquè beneficij, quod ob dictam prohibitionem per Principem, seu Civitatem factam habent Ecclesiastici, tunc omnes æqualiter tenentur observare (sicuti supra diximus) ea ratione, quia equitas naturalis dictat, quod damnū parvum sentiant qui magnam vtilitatem receperunt, *l. secundum naturam ff. de regul. iuris*, & à iure naturali Ecclesiastici non sunt exempti imò ligātur ex Soto *in* 4. *sententiarum distinct.* 25. *artic.* 2. *quæst.* 2. *column.* 4. *versic.* 4. *conclusio* qua de causa Ecclesiasticus, qui beneficio, seu privilegio alicui concesso vtitur debet contribuere ad onera, quæ debent, vel solvunt illi, qui dictum privilegium, seu beneficium habent cum illo onere annexo ita Natta *cons.* 311. *num.* 3. Bald. *in l. circa finem, C. de contrahenda emptione cit.* Grassus *in d. effect.* 3. *n.* 273. Abbas *cons.* 6. *lib.* 1.

107 Ex quibus omnibus clarè patet, quod benè potuit Civitas vinum distribuere, vasa incidere, & sic incisa in porticu Ecclesiæ Sancti Salvatoris ponere iuxta formam privilegij prædicti, & immemorialis consuetudinis; & hoc etiam si vinum pœnès prædictum Canonicum repertū fuisset, quāto magis, quod pœnés Michaelem Rogerium laicum inventum fuit, cùm benè potest iudex secularis, vel alia laica persona iurisdictionem habens commissare bona Ecclesiasticorum, dummodo isti contra prohibitionem iustam, licitam, & ob bonum publicum tam laicorum, quam clericorum factam illa duxerint, sic magistraliter in multò fortioribus terminis, quam nostris contra Dianam tenent Cutell. *de immunit. Ecclesiast. lib.* 2. *q.* 16. *q.* 42. *& q.* 7. *per tot;* & idem docent Hevia in curia Philppica *par.* 3. §. 3. *n.* 11. Arauxo *in* 1. 2. *q.* 97. *disput.* 3. *sect.* 5. *disinit.* 4. *n.* 9. *fol.* 683. Badel. *Theolog. moral. lib.* 5. *disputat.* 33. *lib.* 13. Salas *de legibus disputat.* 14. *sext.* 8. *n.* 94. *cum seqq.* & Suarez *eodem tract. lib.* 3. *cap.* 34. *n.* 11. Castro Palao *disput.* 1. *tract.* 3.

punt. 24.§. 6 n.9. qui hoc tenent moti authoritatibus Salzed. Covar. Avendañjo, Azeved, Greg. Lopez. Sa. & aliorum, & est communis doctorum opinio, provt testatur citat Cutell. ad Dianam *de immunit. Ecclesiast. lib.3. q. 8. n.8. & seq.* Ansald. *de iurisdict. part.2. tit.1. cap.22. in nu.49. & seq. & melius in num.73. & seq.*

108 Et prædicta mirabiliter confirmantur à traditis per Summum Pótificem Honorium, qui postquam statuit, quo ad amissionem Clericalis privigegij trinam monitionem præmitti oportere *in cap. fin. de vita, & honestate Clericorum* monuit Episcopum, vt Clericos non defenderet in hunc finem, quatenus sicut laici non tenerentur statuta Principis, & Civitatis observare; ibi, *tu vero quò minus de his se impliceat, vt de suis facultatibus statutis, & consuetudinibus Patriæ subiaceant, non defendas eosdem:* Præcipit ergo Pontifex clericale personæ privilegium non violari, sed super rebus, seu bonis leges observari; ex qua decisione Summi Pontificis apertę colligitur solã Clerici personã à pœna statuti, & cõsuetudine Patriæ exemptam esse non verò bona ipsius, vt pulchrè dixit Bal. omnino videndus *in l. de his 3. C. de Episc. & Cleric.* Lucas de Penna *in l. finali, C. de exact. tribut. nu. 31. vers. horum quidem exactiones,* & omni iure consonum est vitium sequi rem si persona eximatur *l. & si fortè 6. §. etiam ff. de servit. vend. l. Imperatores 7. ff. de public. l. 4. §. 1. alter ff. finium regu.* & ista distinctio cõmuniter à Doctoribus est approbata, pro vt ex Felino *in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 8. de constitutionibus* tenet Salgad. *de Reg. protect. par. 4. cap. 14 n. 100.* Mexia *super pragm. taxæ panis conclus. 5. n. 23.* Corionalus *in bulla cenæ excommunic. 16. fol. mihi 495.* Lassarte *de gabellis cap. 19. n. 84.*

109 Verùm ad majorem huius materiæ dilucidationem, cognoscẽdum superest, quinam sit Iudex competens ad exequendam pœnam transgressis in Ecclesiasticos contravenientes; & circà hoc plures casus distinguere ac exemplificare oportet. Primò igitur, aut Clericus, seu alia Ecclesiastica persona ipsamet apportat vinum suum; aut simul, & semel cum eo, qui illud ducit venit, in primo casu Iudex secularis cognoscit; in secũdo est subdistinguendum, aut tractatur de pœna exequenda, & infligenda ipsi Clerico, aut colonis, famulis inquilinis, aut conductoribus ipsorum; in isto secundo casu est Iudex laicus; in primo iterum subdistinguendum erit, aut tractatur de puniendo Clericum ob transgressionem prohibitionis statuti, legis, vel edicti Principis secularis in ære, vel in corpore, aut de auferendo vinum, quod conducebat contra prohibitionem, in secundo isto casu Iudex secularis cognoscit, ita magistraliter distinguendo dicit Menoch. omnino vidẽdus *in cons. 800. à n. 50. vsque ad 56.* & ratio decisionis huius vltimi casus distinctioni esse potest, quia licitũ omnibus est bona, vel delinquẽtes in infragãti delicto apprẽsos detinere Farinac. *in praxi crimin. q. 21. à num. 137. & q. 17. num. 23.* quod indubitanter procedit quando extat cõsuetudo in favorẽ laicorũ provt in fortioribus terminis scribit Cassaneus *in consuetudin. Burgun. rubric. 1. §. 5. de iustices, droictf. vers. 16. fallit regula n. 79.* doctor Palatius Rubeus *in repet. cap. per vestras de donationibus 81. n. 13.* Ioan de Platea *in §. lex iulia institutione de publicis iudicijs* Guglielmus. de Benedict. Gallus *in repetit. cap.* Rainutius *de testamentis in verbo, & vxorẽ nomine*

*nomine Adelasiam in 2.decis.n.*144. Grammaticus *in constit. Regni incipit intentionis n.* 12. & Tiber. Decia. *tract. crimin.tom.* 2. *lib.* 8.*cap.* 3. *num.* 23. ex Fabro. *in l. addictos C.de Episcopali Audientia*, qui omnes testantur de observantia Mediolani, Neapolis, in Regno Franciæ, & alijs locis.

110 Sed sic est, quod (in nostro casu) in Civitate prædicta consuetudo adest; (sicuti plenè Civitas probavit) Canonicus vinum non apportabat, nec simul in itinere cum Michaele Roger veniebat, sed tantum intrà ianuam eum invenit,& sic post perpatratum delictum; nec tractatur de pœna exequenda contra ipsum Canonicum, sed contra prædictum Michaelē dominum vini, vel ad minus portatorem, seu conductorem illius, sed neque in ære, nec in corpore personæ Ecclesiasticæ nec aliorum pœna fuit exequta, sed tantum vinum in commissum ab pœnam transgressionis incursũ fuit apprẽsũ ergo meritò concludendũ est rité, rectè, iuridicéque Civitatem vinum distribuisse, & fusta, in quibus ducebatur fregisse &c.

111 Tanto fortius, quod dicta Civitas processit contra laicum,qui dominus vini erat, vel saltem (sicuti aduersarij dicunt) nomine, & mandato Canonici illud apportabat iuxta tradita per Menoch. in loco supra cit. *nu.* 56, *&* 57. ibi. *Illud etiam observandum est, quod si Clericus transgreßor legis & edicti Principis secularis de non apportanda annona puniri minimè poßit in ære,vel in corpore à iudice ipsò laicò, attamen ab eo auferri potest annona, quam exportabat sicuti dicim⁹ à Clerico auferri poße arma,quæ advers. Principis edictum deferebat,vt tradit Didacus in d. cap.* 33.*num.*7.*vers. & cumquè, tamen sit. Cæterum Seculares, qui nominè, & mandato ipsorum Clericorum exportant annona contra prædictum edictũ puniri poßunt à iudice laico cum nullum privilegium sit ei à lege tributum, sicuti de colonis, & inquilinis prædiorum Ecclesiæ docuit* Salicetus *in antentic. caßa col.*6. *vers. & primò quero C. de Sacrosancti s Ecclesijs,quem,& supra retulimus,*& Divus Ambrosius refert *lib.*10 *comment.* ad Lucam *cap.*5.*relatus in cap.*27.*magnũ* 11. *q.* 1. *magnum* (inquit) *quidem est,& speciale documentum quo christiani viri sublimioribus potestatibus docentur esse subiecti, nè quis constitutionem terreni Regis putet non esse solvendam, si enim censum filius Dei solviti quis tu tantus es,qui putas non eße solvendum.*

112 Et doctrina Mẽnochij verissima est in iure, & probatur (preter Doctores per eum citatos,& supra adductos) à Bovadil. *in sua politic.tom.* 1. (infinitos allegans) *lib.*2.*cap.*18.*num.*117;ibi, *cas.*36. *Y si algunos Prelados, ò Clericos sacassen destos Reynos moneda, podran los Corregidores tomarsela, y por la misma raçon otras qualesquier cosas vedadas, assi por leyes, como por ordenanças, como seria tambien el pan, vino, y otras vituallas que sacassen fuera de la jurisdicion, que se pierden ipso facto,y caen en cõmisso;* & infra prosequitur dicẽdo; *Però digo,que de las otras penas fuera de la toma del dinero,ò de la cosa, que cayò en cõmisso, y quedò perdida por el descamino hà de conocer el Juez Eclesiastico;* eo magis quia potest iudex laicus apprendere bona Ecclesiasticorum, & detinere, si isti contra prohibitionem statuti,vel legis laicorum fecerunt,quando ad illam observandam tenentur,ob publicam vtilitatem ita Doctissimus D. Michael de Cortiada *in decis.*26.*num.*51. Cevall. *cõmunes contra commun. quæst.*897.*&* 620. Gutierres *practic.quæst.*4.*lib.*1.*&* 2. Perei. *de instrumentor.edition. tom.*2.*tit.*6.*num.*78.*resolut.*9 & diximus supra.

113 Et ne in tanta copia iuris careamus authoritate facti, ideſt rerum iudicatarum, quæ noſtræ quæſtioni in ferè terminis favēt; dico in regno iſto ad confirmationem prædictæ Menochij ſententiæ ſic fuiſse deciſum in ferè noſtro caſu, vel fortiori provt teſtatur Fontanell. *deciſ.* 495. Carneval. *de iud. tit.* 1. *diſput.* 2. *q.* 3. *num.* 158. *verſ. ſecunda eſt ratio*; & Rippol. *var. reſolut. cap.* 1. *num.* 197. omnes omnino videndi.

114 Nec non quamplurimæ rationes iuridicè id ſuadent; Primò, quia ſi exequtio fieri non poſset à ſeculari Curia, eſset fruſtratoria prohibitio; & nunquam obſervaretur, cum nō eſſet practicabile, quod cuſtos (quando vinum extraneum inveniret) illud apprendere non poſset; ſed opus eſset Ecclesiaſticum iudicem adire quia eo tempore, quo cuſtos tardaret ad Eccleſiaſticum iudicem inveniendum, vinum amplius non inveniretur, ſicuti nō obſcurè colligitur à dictis per cit. Cutell. ad Dianam *de immunit. Eccleſiaſt. in q.* 42. *lib.* 2. *à num.* 7. *& ſeqq.*

115 Secundò iſta executio (ex adverſariorum cōfeſſione, & ex communi ſtilu, ab omnibus practicato) fuit à Civitate facta abſquè cauſæ cognitione, iuxta tradita per Poſt. *de ſubaſt. inſpect.* 1. *num.* 33. Lancellot. *de attentatis cap.* 4. *par.* 2. *limit.* 25. *n.* 2. Cancer. *par.* 1. *cap.* 16. *num.* 3. *par.* 2. *cap.* 9. *n.* 198. Tondut. *de prævent. iudic. par.* 1. *cap.* 10. *nu.* 83. Cravet. *conſ.* 3. *num.* 19. Roland. *conſ.* 32. *lib.* 1. *num.* 38. & nō contentioſè, nec exercendo iuriſdictionem in dictum Canonicū vnde meritò fuit iuridicè facta, & propter illam in nullā pœnam, ſeu cēſuram Civitas incidere potuit, quia fecit actū à iure ſibi permiſsum, provt dicit Garcia *in politica regulari in tract.* 8. *difficult.* 2. *dud.* 4. *par.* 1. *num.* 4; ibi, *verdad es que no podemos dejar de confeſſar con Avendaño, Azevedo, Gregorio Lopez, Salzedo, Covarruvias, y otros, que refieren, y ſiguen* Salas *de legibus diſput.* 14. *ſect.* 9. *num.* 107. Caſtro Palao *tract.* 3. *diſput.* 1. *punt.* 24. §. 6. *num.* 9. *que es probable, que en las penas anexas à los delictos* (ſicuti in caſu noſtro) *y no ay conocimiento de cauſa, pueden los miniſtros de la Republica compeler à la pena, porque èſto (dizen) no es vſar de juriſdiccion, ſino azer guardar las leyes pueſtas por la Republica &c.* & infra in ipſomet numero teſtantur de praxi, ibi, *lo que yò puedo dezir deſte Reyno, y aſſegurar deſte Convento es, que cada paſſo nos executan aſſi en coſa de cantidad, como en menudas &c.* Et certum eſt, quod quælibet Civitas etiamſi à Principe privilegium non haberet, nequè teneret, (ſicuti tenet; & habet Civitas noſtra) facere poſſet omnes ordinationes, & leges, quæ ad publicum regimen, nec nō ad economicam, & politicam ipſius Civitatis pertinent, & inſerviunt *l. omnes populi, ff. de iuſt. & iure*, Franciſcus Maria Prato *diſceptat. forenſ. cap.* 35. *nu.* 35. Cancer. *part.* 3. *cap.* 13. *à num.* 283. *cum ſeqq. & à num.* 347. Tondut. *de prævent. iudic. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 29. Belluga *in ſpeculū Principum rubr.* 2. *num.* 6. Fontanell. *deciſ.* 295. *num.* 22. Seſſe *deciſ.* 8.

116 Tertiò Civatas dictam executionem benè facere potuit, non ſolum abſquè vllo incurſu cenſurarum, ſed exercendo ſuam iuriſdictionem, quā habet ex dicto privilegio, nec non ex conſuetudine immemoriali ipſius exequēdi pœnam cōmiſſi tam cōtra Eccleſiaſticos, quam cōtra Seculares (ſicuti Civitas plenè probavit, & nos ſupradiximus,) quæ cōſuetudo cū forma privilegij (quāto magis addito iuſto titulo, & oſtēſione ipſiuſmet privilegij)

legij) est sola sufficiens ad iurisdictionem dandam , ita probat mirabiliter Ansald. *de iurisd. par. 3. tit. 3. cap. 3. per totum, & pracise in nu. 124. 125. 100. 44. 60. 127. & seqq. & in nu. 211. & seqq.* dicit, quod lex, & cõsuetudo in prohibitione facienda, & collectis imponendis dat iurisdictionẽ; pulchrè ad materiam, Cutell. *in tract. sepe cit. q. 97. lib. 2. per totam , & melius in eodem lib. q. 70. num. 13. & seqq.*

117 Qua consuetudine stantè negari nõ potest Civitatem esse in possessione faciẽdi dictam exequtionẽ, qua de causa dum Clerici vinũ extraneũ de facto introducere prætendentes contra consuetudinem, privilegium, & prohibitionem prædictam turbãt Civitatem, nec nõ illam sua pacifica possessione in qua invenitur, spoliare prętendũt; merito est laicus, & ipsa competẽs iudex, iuxtà pulchrè tradita per d. Cutell. *in lib. 2. d. tract. q. 16. à n. 25. vsquè ad finem dicta quæst.* Tanto fortius, quod Civitas in isto casu fecit, quod erat solitum, & consuetum (sicuti dictum est ,) & sic ea quę ab ipsa gesta fuerũt culpabilia dici nõ possunt *cap. quid dicã 14. q. 4. l. quis sit servus fugitivus §. apud labeonem ff. de ædelit. edicto.* Cancer. *par. 3. variar. resolut. cap. 12. num. 220.* Giurb. *decis. siciliæ 80. num. 30.* Salgad. *de retent. bullar. par. 2. cap. 20. num. 40.* Fontanell. *decis. 356. num. 11. & decis. 479. num. 10.* Barz. *decis. 133. num. 13.* cum consuetudo à pœna, & culpa excusat, & hoc etiam si non esset prescripta, nec cum suis necessarijs requisitis probata fuisset; Olea *de ceß. iur. q. 12. tit. 2.* & in materia iurisdictionalis semper consuetudo est attendenda *l. 3. §. fin. ff. de testib. l. 2. & fin. C. de mancip. liber. cap. irrefragabilis §. excessus de offic. ordinar.* Rojas *de hæretic. par. 1. num. 144.* Berret. *cons. 3. n. 10.* Giarlin. *controvers. cap. 20. par. 2. num. 17.* Fermonsin. *tract. 1. de confiscat. allegat. 13. par. 2. num. 11. & 12.* Scapa. *de iure non scrip. cap. 1. num. 3. lib. 3.*

ARTICVLVS, SEV PARS QVARTA.

Obiectiones contra primam partem primi Articuli.

118 NON obscurè, imo, multa cũ claritate dignosci potest ex omnibus supra prænarratis summũ ius, quod Civitas habet ad hanc causam cõtentionis obtinendam cum ad hoc sufficiat, vel probatum concludenter, & per necesse non extitisse vinum esse Canonici prædicti , vel quod Civitas certã notitiã nõ habuit Canonici prædicti vinum esse, vel quod illud apud laicũ repertũ fuisset, (sicuti inventum fuit) cũ in præsenti non tractatur de iustitia originali, seu naturali vtrum Ecclesiastici sint comprehẽsi sub prohibitione supradicta, sed tantum si Civitas processit ritè, & rectè in isto casu, & si potuit vinum distribuere, fustaquè incidere , & alia iuxta formam privilegij, & antiquę consuetudinis facere; verũ tamẽ ad hoc vt cognoscatur quanta, & qualis sit iustitia suæ prætensionis, nempè, quod Ecclesiastici ligentur à prohibitione prædicta, comprendantur in ea, & teneãtur ad illã semper observãdã, & quàm parùm iuri cõsentanea prætẽsio Ecclesiasticorũ sit, qui pertinaciter intentant posse extraneũ vinum introducere, non obstante prohibitione prędicta , ex eo quia ipsos ligare , & comprehendere non potest tanquam exemptos.

119 Hac igitur de causa visũ est mihi ex abundanti hæc scribere, inquib⁹ hũc mihi finẽ proposui, vt imposterũ amplius iniustis litib⁹ Civitatẽ onerare

rare non audeant,(ob quas pecunia communis ab ipsa expendi potest Berart. *de visitat. cap.* 23. *num.* 64.) & ne confidentes aliquibus argumentis ac doctrinis in eorum favorem facientibus legitimé, rectequè hoc facere posse prætendant, ideo ad demonstrandum quam tenues authoritates,& quam sophistica argumenta sint devenio, quantum se ingenioli mei vires extenderint.

120 Obiectio prima esse potest, quod lex,statutum, seu privilegium laicorum aptum, & sufficiens non est ex defectu iurisdictionis ad Ecclesiasticos comprehendendos.

121 Respondetur, quod hæc cōmunis regula limitatur quando privilegium, lex,seu statutum bonum publicum concernit; in terminis, ità Menoch. *concil.* 800. *num.* 37. *&* 38. & de illis ad annonam respicientibus (sicuti in casu nostro) aperte statuit Lateranēse Cōcilium,relatum in *cap. non minus* 8. *§. quo circa de immunit. Ecclesiast.* vbi Ancheran. *n.* 8. *& in cons.* 96. *incipit super dictum dubium* Abbas *in d. cap. non minus, col. penult. vers. aut necessitas* Barbat. *cons.* 1. *col.* 16. *vers. adduco vlterius lib.* 3. & probatur *in l. vltima in fin. ff. ad l. iuliam de anno.* & magis clarè *in l. mulierem in princ. ff de accusat.* Brunus *cons.* 151. *col.* 2. Iulius Clarus *in pract. crim. §. fin. q.* 82. *vers. statut.* 7. *circa Blada*, vbi pulchrè Baiardus; Riminaldus iunior *in cons.* 68. *nu.* 28. *lib.* 1. & scribunt Cinus; & Rayner. quos recenset Caccial. *in l. cunctos populos nu.* 158 *in fine C. de summa Trinita. & fide Catholica*, vbi etiam Bartol. Decia. *in tract. crim. lib.* 7. *cap.* 22. *defraudantibus, aut onerantibus annonam n.* 15. *&* 16. Bossius *in tract. causarum criminaliū in tit. de pænis*, & in multò fortioribus terminis confirmat hanc incontrovertibilem iuris conclusionem Grassus *omnino videndus de effectib. Clerica. effect.* 3. *num.* 304. ex Butr. Surd. Osas,& Purpurat.

122 Obijcies secundó, quod nec etiam ob bonum publicum,& pro pertinentibus ad annonam Ecclesiastici possunt esse sub statuto laicorum comprehensi.

123 Respondetur primò, quod dicere, & affirmare hoc est contra communem Doctorum sententiam, provt ex supra firmatis evidenter patet.

124 Respondetur secundò, quod indubitatum est sub lege, vel statuto laicorum Ecclesiasticos comprehendi, quando præter bonum publicum dicta lex,statutum,vel privilegium est æquum,honestum, iustum,& rationabile (sicuti est istud Civitatis Balagarij, provt supra probavimus,) quia tunc tanquam tale ligat,& comprehendit omnes tam Ecclesiasticos, quam laicos, cum illi nullo iure exempti reperiantur ad hoc,vt tanquam cives, partes, & mēbra Reipublicæ nō teneātur ea,quæ sunt iusta,honesta, & bona observare,ita in fortioribus terminis dixer. Rebuff. *super constitut. Regni Galliæ in prohem gl.* 1. *num* 72. Peregr. *cons.* 91. *num.* 11. *lib.* 1. & melius Federic. de Sen. *cons.* 85. Abb. *cons.* 63. *col. fin. vers. concludo ergo lib.* 1. Alex. *cons.* 93. *vol.* 2. Bald. *in d. l. cunctos populos, col.* 7. *vers. sed hic vlterius C. de summ. Trinitat. & fide Cattol.* Grassus *in tract. cit. effect.* 2. *num.* 173. 174. *&* 175. Nevizzan. *cons.* 39 *num.* 4. *per tot.* Cephal. *cons.* 53. *n.* 43. *cum seq.* Burzat. testificans hanc esse magis communem opinionem *in cons.* 56. *n.* 10. *vol.* 1.

125 Respondetur tertiò quod tunc statutum privilegiū, seu lex laicorū com-

comprӕhendere Ecclesiasticos non posset, quando super ijs quӕ competunt Clericis vti Clericis disponeret, secus verò si vti alijs de populo, (sicuti in casu nostro planè militat) quia in casu isto Ecclesiasticos etiam cõprӕhendit, & ligat *cap. cum venisset de eo, qui mittitur in possessione cap. constituitur de integrum restit. cap. cum causa de re iudicata*, ex quibus iuribus, & quam multis alijs allegatis tenet Tiraquellus pulchrè *de rectractu Lignager. q. 13. §. 1. num. 4. cit.* Grassus *in d. effect. 2. n. 176.*

126 Obijcies tertiò quod lex statutũ, seu laicorũ privilegium Ecclesiasticos non comprӕhendit, nec ligat, etiam si eorum beneficium respicit ex defectu incapacitatis iurisdictionis.

127 Respondetur primo, quod ista opinio est contra communem Doctorum sententiam, pro vt videndum est in Grasso sӕpe citato *in effectu 3. in n. 200. cum multis seqq. & in n. 203.* vbi dicit, quod de iure divino, naturali, Canonico, & civili Clerici, & Ecclesiasticӕ personӕ ad onera, & observantiam iustӕ prohibitionis tenentur; *& in num. 201.* rationem reddit, & ibi ad firmandam hanc incontrovertibilem cõclusionem plusquam biscentum Doctores allegat.

128 Respondetur secundò dictã objectionẽ tunc militare aliquo modo posse, si Ecclesiastici beneficio, seu comodo statuti, seu privilegii non vterentur, quia si vtuntur ambigendum non est quod tenentur Bartol. *in l. cunctos populos C. de Summa Trinitat. & fide Catholica* Bald. *in l. omni novatione, C. de Sacrosanct. Eccles.* Ioan. de Amic. *cons. 14. per tot.* Alex *cons. 209. n. 21. vol. 2.* Butzat. *cons. 59. n. 30. & cons. 93. n. 29. & 30. vol. 1.* Cephal. *cons. 395. num. 5 vol. 3.* Tiraquell. cit. *de retract. lignager. d. gl. 13. §. 1. num. 7.* & hoc in iure indubitatum est, cum omnes ferè Doctores firmant, & quasi nemine contradicente, quod Clericus qui vtitur, vel gaudet beneficio legũ, seu privilegiorum laicorum, eis cum omnibus suis qualitatibus, conditionibus, & oneribus, vti cogitur, ita infinitos allegans acerrimus Ecclesiasticӕ immunitatis defensor Episcopus Bellet. tenet *in disquisit. Clericali par. 1. §. 2. n. 40. in tit. de exemp. à statut. secular*; & ista dicitur lex tam ӕqua, iusta, & pia vt etiam Radamanti lex fuerit *text.* Aristot. *lib. Eticor. 5. cap. item 5. ibi.*

Si quod quisque facit idem patiatur, & ipse
Id iustum fiet, deniquè iudicium.

129 Iustum enim est, quod qui commodum sentit, & habet; incommodum sustinere, & sentire debeat, iuxta vulgatam regulam desumptam *ex l. 1. & 2. de peric. rei vend.* cum infinitis concordantibus qua propter meritò si Ecclesiastici ad meliori prӕtio vendendum, vel arrendandum eorum vinum, beneficio, & commodo privilegij, & prohibitionis prӕdictӕ gaudent, incõmodum etiam (si quod adest quod negatur) sentire debent; cum dignum sit, & ӕquum, vt qui similem cum alijs vitam suscipiant, similem sentiant legunt disciplinam, vt in nostris ferè terminis, & proposito scripsit Fest. *in tract. de exti. & collect. par. 4. cap. 1. n. 7.*

130 Obijcies quartò, quod nec etiam indirectè per statutum, seu leges laicorum Ecclesiastici gravari possunt.

131 Respondetur primò, quod (dato, citra veri prӕiudicium, & nõ cõ-

cesso)

cesso) dictum verum esse, adhuc in casu nostro locum non haberet, cum Ecclesiastici non gravantur, sed beneficium ex dicto privilegio habēt; ex eo, quia per dictam prohibitionem non damnum, sed cōmodum sentiunt, sicuti supra plenè fundavimus, & Civitas probavit.

132 Respondetur secundò, quod prædicta obiectio tūc in aliquo procedere posset, quando prohibitio, seu lex laicorum facta fuisset animo iniuriandi, vel extorquendi ab Ecclesiasticis aliquod indirectè, sed in casu nostro nec iniuriandi animo, nec extorquendi dicta prohibitio facta fuit imò ad hoc, vt commodum sentiant, (pro vt supra probavimus) ergo objectio prædicta in casu nostro locum non habet.

133 Obijcies quintò, quod saltem ad finem, vt à dicta prohibitione Ecclesiastici ligarentur necessarius fuisset Apostolicus assensus, vel quod Sūmo Pontifice consulto facta fuisset dicta prohibitio.

134 Respondetur primò, quod hæc prohibitio respicit non solum bonū publicum, sed etiam privatam vtilitatem Ecclesiasticorum in eorum vino vendendo, vel arrendando, & in casu isto consulere Romanum Pontificē necessarium non est, ita ex multis Doctoribus concludit, & tenet cit. Sanchez *lib. 2. suorum consiliorum moralium cap. 4. dubitat. 55. num. 7.* Ioannes de la Cruz *director. conscientiæ par. 1. precep. 7. art. 3. q. 7. concl. 1. dub. 1.* Diana *par. 1. tract. 2. resol. 41.* Laiman. *in Theolog. moral. cap. 6. tract. 9. num. 7. lib. 4.* Tabienna *verb. excomunic. 5. casu 18. num. 4.* Vival. *super bulla cenæ Dom. casu 18. num. 3.* Molin. *de iustit. & iure disputat 672. conclus. 3. n. 5. tom. 3.* Mengala *in par. 3 lib. 2. cap 17 q. 6. n. 121.* & infiniti alij, & dicit Aviles *in cap. 20.* Prætor. *in glos. de orden. n. 6.* quod in isto casu ex vi iustitiæ etiam Ecclesiastici dictam prohibitionem observare tenentur.

135 Respondetur secundò, quod assensus Summi Pontificis non solum tacitus in nostro casu adest, & hoc sufficit (ex supra adductis) & cum taciti, & expressi eadem est virtus, *l. cum quid ff. si certum petatur, l. si filius familias ff. eodem tit. l. item quia de pactis*, sed etiam expressus, cum per Civitatem probatum fuit, quod dictum Privilegium, & consuetudo confirmata, & approbata fuerunt à Summo Pontifice, & sic tam tacitus, quā expressus adest consensus, vnde meritò ligat Ecclesiasticos, cum statutum laicorum, seu privilegium à Papa confirmatum, papale dicitur Bald. *in cap. Ecclesia Sancta Mariæ n. 14. de constit.* Rubeus *resolut. practicabil. de testamen. num. 439. & 440. & in par. 8. recentiorum decision. 16. num. 16.* dicit sufficere, quod sit confirmatum in forma communi, etiam si sit contra ius, quando ad fraudes evitandas privilegium, vel statutum tendit, sicuti est nostrum ex supra traditis.

136 Obijcies sextò, quod tunc tenentur Ecclesiastici contribuere, collectas solvere, vel quid aliquid facere quādo bona laicorū non sufficerent.

137 Respondetur primò, quod hoc intelligitur de patrimonio, & possibilitate Vniversitatis tantum; & non particulariū, ita pulcherrimè ad rem nostram omnino videndus Castro Palao moral *disputat. vnic. punct. 9. n. 9. tom. 2.* Bovadill. *in politic. cap. 18. n. 313. lib. 2.* Sed in casu nostro Civitas plenè probavit aliunde non habere vnde debita, & onera Vniversitatis solvere, ac sustinere posset; ergo etiam ex isto capite Ecclesiastici tenētur.

138 Res-

138 Respondetur secundò, nos extra terminos dictæ quæstionis esse; cũ privilegium Universitatis non obligat Ecclesiasticos ad aliquod solvendũ vel aliud simile; sed tantum nè vinum extraneum pro certo tempore in Civitatem conducant, & hoc non ad finem, vt Civitas ex hoc aliquod percipiat lucrum, nec vt Ecclesiastici aliquid solvant; quia franchitias, seu plumba habent sed tantum vt vinum in territorio Civitatis collectũ prius vendatur, & né amittatur, & hoc ob publicam vtilitatem Ecclesiasticorum, & laicorum, vt alibi diximus, & sic sumus extra casum controversiæ predictæ:

139 Obijcies septimò, quod astricti Ecclesiastici esse non possunt ad hoc vt nè vinum extraneum introducant pro eorum vsu in Civitatem, nec etiam vt vulgo dicitur plumba accipiant, & licentiam petant, ex eo quia ex dictis libertas, seu immunitas Ecclesiastica læderetur, & ista nullo modo absque censurarum incursu lædi etiam in minimo, aut violari potest.

140 Respondetur primò, quod ob bonum publicum, ad fraudes evitãdas, & ad propriam Ecclesiasticorum vtilitatem tendunt predicta; (pro vt supra firmavimus) & sic istis cõcurrentibus non dicitur per dictã prohibitionẽ violata libertas, & immunitas Ecclesiastica; vel ad summũ in aliquo minimo (quod etiã negatur) quod in cõsideratione non est; tum quia dictum privilegium non prohibet simpliciter; sed secundum quid, & causativè, seu per accidens; & in isto casu etiam si in aliquo libertas Ecclesiastica læderetur, Ecclesiastici statutum laicale observare tenentur, quia ipsos ligat, ita Bald. *cons. 297. licet non sit opus in fine vers. cæterum lib. 1. & cons. 399. dicant Pet. & Cin. num. 2. & 3. vers. super aliò autem lib. 1.* Et ratio est, quia attẽditur principalis dispositio publicæ vtilitatis, quę præferri debet, idem Bald. *cons. 496. punct. qui est per tot. maximè in fine lib. 4.* idem dicit Signorellus Homodeus *cons. 21. statuto Civitatis*, Gravet. *de antiquit. temp. in vlt. p. num. 8. & seq.* Cald. *cons. 21. pulchrè* Mandel. *cons. 8. num. 8. & clarius in num. 22.*

141 Respondetur secundò, quod dicta obiectio non procedit quando Ecclesiastici, vel nullũ interesse habẽt, vel quando cõpensatione resarcitur damnũ, si forté aliquod patiũtur, quia tũc benè ob bonum publicum, & ad fraudes evitãdas tenẽtur prohibitionẽ observare, licentiã petere, & frãchitias accipere, imò etiã anticipatè gabellã solvere, pro vt supra probavimus in nu. 98. & seqq. ex sentẽtia Dianæ del Bene, & aliorum; sed in casu nostro nõ solum æqualis cõpensatio datur Ecclesiasticis, sed multũ excedẽs; cum maius sit cõmodum, quod recipiũt ex prohibitione observãda, & franchitijs, seu plumbis recipiendis, quam damnum, ex eo quia per dicta nedum vinum cuiuscumqué generis pro vsu proprio sine vlla gabella, mediante plumba emere possunt, (cum in Civitate prædicta plures tabernæ adsunt, in quibus venditur) sed etiam vinum proprium in territorio collectum vendunt, & arrendant, quod aliàs aut venderent, & arrendarent viliori prætio, aut amitterent, vel si nolint vendere saltem vinum sufficiens habent pro proprio eorum vsu, & sic vinũ extraneum introducere nõ egent, sicuti omnia supra tetigimus.

142 Respondetur tertiò, quod dicta prohibitio, seu privilegium (sicuti

dictum

dictum est) approbatum fuit à Summo Pontifice, vel saltem ex cursu tanti temporis approbatũ præsumitur etiam nõ data scientiæ Papæ *vt pulchrè Serafin. decis. 497.num. 2. par. 1.* & melius in proposito Sesse *decis. 13.n.74. & 85.* qua propter merito tanquam papale potuit in aliquo particulari casu derogare tantisper libertati Ecclesiasticæ, si tamen aliqua eius læsio in casu nostro considerari potest (quod omnino negatur) tantò fortius stante tam antiqua observantia privilegij prædicti, cum consuetudo immemorialis etiam contra libertatem Ecclesiæ in casu particulari valet, sicuti abbundè probat Salgad. *de Reg. protect. prima par. in præludijs 1. 2. 3. 4. & 5. à num. 128.* vbi ad omnia contraria argumenta respondet. Sesse *de inhibition. §.3.cap.8.per tot.* & melius dixit Princeps Sanctæ Romane Ecclesiæ Cardinalis Zabarel. *in cap. perpendimus num. 13. ver. his attentis de sententia excomunicationis*, Felin. *in cap. Ecclesia Sancta Mariæ de constitu. in num. 8. vers. notabili, & n. 92. vers. limitatur 2.* vbi etiam Dec. *num. 5. vers. similiter idem in alijs*, omnino videndi.

143 Respondetur quarto, quod privilegium prædictum prohibet tantum commercium aliquarum rerum, nempé vini extranei, & non omniũ & sic Clericos, & Ecclesiasticos cõprehendit, & ligat nec dici potest, quod libertatem, immunitatemque Ecclesiasticam lædit, cum ad eam lędẽdam vniversalis prohibitio omnium rerum, & non particulare commercium aliquarum consideratur, ita pulcherrimè Angelus *cons. 8. incipit quidam* Franciscus Ioannes Baptista Laderchio *cons. 103. post. num. 1. vers. aut verò statutum.*

144 Respondetur quintò, quod ista contentio firmata non fuit à Curia Ecclesiastica ad finem, vt declaretur, quod non teneãtur Ecclesiastici plũba accipere, prohibitionem observare, & licentiam petere, sed solum quod (non obstante dicta licita prohibitione, privilegio, & immemoriali, vel antiqua consuetudine de licentia petenda, & (vt vulgo dicitur) franchitijs, seu plumbis accipiendis) possint Ecclesiastici vinum introducere, & Civitatem in sua pacifica possessione perturbare, & de facto spoliare, & hoc nonobstante, quod ipsimet consenserunt omnibus prædictis, & actu omnes plũba tenent, & licẽtiam cõsueti sunt petere; & præcisè prædictus Canonicus de Esteve (sicuti probaverũt articulaveruntq. adversarij, & Civitas etiã probavit,) tũ etiã an teneãtur observare illa, quę ex suo cõsensu, beneplacito, & approbatione Episcopi, & Pontificis per tempus immemorabile observari consuetũ est, & quibus per spatium continuũ tercentũ, & quatuor annorũ ipsi acquiverunt, cõsenserunt, & nũquam conquesti fuerũt de dicta prohibitione, plũbis, & licẽtia petẽda, approbãtes omnia vt iusta, & eis proficua & in isto casu cõcreto omnes Doctores tenẽt libertatem Ecclesiasticã læsam non esse, & quod statutum, seu privilegium laicorum Ecclesiasticos comprehendit, & ligat, tanquam ab eis acceptatum, & approbatum, ita sine desidia legẽdus dixit Rojas *in decis. Rotæ Romanæ 118. nu. 6.* & tradidit omnino vidẽdus Ex Cumia, Rocc. de Curt. Felin. & cũ alijs Grassus *de effect. Clericatus effect. 2. num. 187.* ibi, *limitatur 12. prædictus secundus effectus, quod Clerici non ligantur statutis laicorum, vt non procedat quando statutum fuisset à Clericis acceptatum, & observatum ex eorum libera voluntate tunc enim ex pacto,*

pacto, & non ex constitutione legati censentur, & ratio colligitur *ex capit. ad Apostolicam de simonia*, & à Castad. *in decis. vnic. de consuet. per tot. & num.* 5; vbi habetur, quod consuetudo introducta ex solutione, vel ex acquiescentia in aliqua re sponte; est servanda etiam si per spatium decem annorum probaretur observatã extitisse, cum illa non solum dat iurisdictionem *cap. conquestus 9. q. 3.* sed etiam inducit obligationem præstandi, & observandi aliquid iuxta *text. iuncta glos. cap. servitium. 18. quæst. 3.*

145 Nec dicta prohibitio, seu petitio licentiæ prædictæ dici potest, quod libertatem Ecclesiasticam tollit, vel lædit; Primò, quia quod sponte fit, liberum arbitrium non dicitur tollere, sed liberè fieri; & cum Ecclesiastici spõte in hoc consenserunt (sicuti supra probavimus) hinc merito in casu nostro dici nõ potest, quod libertas Ecclesiasticorum fuit ablata volenti enim nulla fit iniuria *l. 1. §. vltim. ff. quod fals. tutor. auth. gest. est.* Secundò dicunt Theologi, quod, & si homo sine gratia, sive Divino auxilio nõ potest opera bona de per se solum operare, (& qui aliter diceret ex Tridẽtino Concilio Anatema declaratur) attamẽ non propter hoc dicitur liberé non operare (quia etiam hoc asserere esset contra dicti Concilij determinationem) ex eo quia semper, quod ipse vult gratiam obtinere potest, cum facienti quantum in se est, Deus non denegat auxilium: Ergo à simili in casu nostro dicendũ erit, quod dicta prohibitio, & petitio licentiæ prædictę libertatem Ecclesiasticam non tollit, nec lædit cum ipsimet adversarij articulant, & probant, quod (non obstante dicta prohibitione) cum sola licẽtia vinum extraneum introducere possunt, quæ (vt ipsi asserunt) nunquã fuit negata.

146 Objicies octavò, quod nullo modo Ecclesiastici sub statutu laicorũ comprehendi possunt, ex eo quia aut in ipso statuto specialiter de ipsis fit mentio, aut non; si fit, non comprehenduntur in illo, cum tanquam carens iurisdictione est nullum, & eos nõ ligat; aut non, & neque eos comprehẽdit, cum sub generali loquutione non comprehenduntur exempti, vel hi, de quibus est facienda specialis mentio.

147 Respondetur Primò, dicta militari posse, quando in puris terminis versaremur, sed non quando tot, & tanta (sicuti sunt prænarrata) concurrũt.

148 Respondetur Secũdò, quod dilemma prædictum limitatur, & locum nõ habet quando statutum laicorum bonum publicum, & communẽ vtilitatem cõcernit, quia tunc tam à prima parte, quam à secunda ipsius receditur, vel saltem à secunda ex alia iuridica regula tam broccardica, quam speciali; nempè, quod causa publicæ vtilitatis à communis regulis iuris receditur, & multa prohibita permittũtur, quę aliàs permissa nõ essent (sicuti alibi diximus,) & ex eo quia potẽtior est causa publica, & magis privilegiata in iure reperitur, quam Ecclesiastica provt in fine num. 81. præsentis allegationis ex pluribus DD. probavimus.

149 Objicies nono, quod adsunt Ecclesiastici in Civitate, qui vinum in territorio ipsius collectum non habent, & sic vtilitatem omniũ Ecclesiasticorum dictum privilegium nõ respicit; ergo eos non comprehendit.

150 Respondetur Primò, hoc in processu nõ constare, imò Civitas probavit concludẽter, quod Ecclesiastici omnes vinum sufficiẽs tenent, & ad-

versarij nihil incontrarium. Nec obstat dicere, quod testes producti, & examinati à Civitate nō probant benè vinum recollectum in territorio Civitatis esse sufficiēs pro vsu Ecclesiasticorum, cum tātum de credulitate probant, quia respōdetur, quod duo deponūt dicti testes; nempe quod omnes Ecclesiastici de primitijs, & decimis multum vinum recolligunt de ipsomet, quod in territorio dictę Civitatis colligitur, & hoc omnes plenè scirè affirmāt, & sic quo ad istud caput cōcludenter Civitas probavit, quod omnes Ecclesiastici vinum proprium in territorio collectum tenēt; quo ad aliud; nempe quod vtrum si dictum vinum sit sufficiens pro vsu proprio Ecclesiasticorum, & in hoc respondent aliqui simpliciter, quod sic, & aliqui, quod si nō venderēt, vel arrendarent, vtiquè eorum iudicio sufficiēs esset.

151 His præmissis in facto plures cōclusiones, rationesquè colligūtur ad claram solutionem obiectionis prædictæ. Primo quod dicta probatio, vel est concludens, vel saltem negari nō potest, quod est sufficiens ad transferendū onus probādi in adversarios; sicuti de probatione per Testes de auditu dixit Tuschus quam multos allegans *in lit. T. in conclus.* 184. *à num.* 74. sed contrarij, quod vinum non sit sufficiēs minimè probaverunt, & fundamentum intentionis, seu exceptionis eorum erat id probare, ergo &c.

152 Secundò, quod tunc testes de iudicio, & credulitate non probant, quando non annectunt rationem, ita Muta *decis. Siciliæ* 38. *num.* 23. *& decis.* 52. *num.* 13. sed in casu nostro testes annectunt rationem, quia dicunt si nō venderent, vel arrendarēt; (& sicuti infra melius dicemus) ergo probant.

153 Tertiò quia specialis depositio aliquorum testium operatur, quod alij testes generaliter, & de credulitate deponentes, specialiter deposuisse intelligantur, ita ex Serafino, Alba, & Beccio tenent Noguerol. *allegat.* 29. *sub num.* 23. & circa finem *dicti num.* subiungit; ibi. *& ratio est, quia substantia negotij perfectè probatur, & solum versatur dubium circa quantitatem, quæ respectu principalis negotij minoris momenti est &c.* sed in casu nostro aliqui testes concludenter deponunt super sufficientiam, & quantitatem vini, & alij de credulitate, & omnes verò plene super principale negotium; nempè, quod omnes Ecclesiastici vinum recolligunt, ergo benè probant Civitatis intentionem iuxta doctrinam prædictam. Et dicta à Noguerol. confirmantur per tradita ab Ansaldo. *de iurisdict. par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 5. *à num.* 78. *vsquè ad* 75.

154 Quartò, quod testes specialiter deposuisse intelligūtur, etiam si de credulitate, iudicio, vel alio modo deponunt, si articulus, super quo examinantur, specialiter refert casum, ita dictus Noguerol. *in loco citato sub nu.* 26. ibi, *& ideo cum testes dictis articulis responderent præsumitur deposuisse omnia, quæ in illis articulata, & expressa sunt, & cum eadē specificatione* Felin. *in cap. auditis de præscript. à num.* 24. *col.* 2. *illius nu &c* & dictus Noguerol. est omnino legendus *per tot. d. nu.* sed Civitas in casu nostro articulavit *in articulo* 17. quod omnes Ecclesiastici Civitatis Balagarij tenent necessarium pro eorum vsu, & plus de vino, quod de suo recolligūt in territorio, & testes ad dictos articulos respondent scire; ergo præsumitur deposuisse omnia, quæ in illis articulata, & expressa sunt, & cū eadem specificatione iuxta doctrinam prædictam.

155 Quintò, quia sufficit ad obtinendum in contentione ista, quod Civitas probavit omnes Ecclesiasticos vinum habere, & quod (vt vulgo dicitur) plumba eis dedit, quia vel vinum, quod in territorio colligunt est sufficiens ad propriũ vsum, vel non; si est, habemus intentum; si non, (quod negatur) etiã habemus, cum pro isto effectu. Civitas plumba prædicta dat, vt possint cum illis vinum emere immunè (dato, & non concesso,) quod de illo aliquam necessitatem haberent; quo stante nullum damnum, neque interesse Ecclesiastici sentiunt, sicuti testes, à Civitate producti deponentes *super 28. & 29. articulum* plenè dicunt, & concludenter probant.

156 Respondetur Secundò, quod ad hoc, vt aliquid dicatur publicum bonum providere, & tendere ad communem vtilitatem omnium sufficit, quod respiciat omnes vti vniversi nõ vti singuli, & sic parum refert, si duo, vel plures Ecclesiastici vinum non habeant, (quod verisimile non est ex dictis) cum maior pars attenditur, & non minor; Favor enim publicus in maiori parte, & nõ minori consistit *cit. l. vtilitas C. de prim. lib.* 12. eo fortius, quod tunc vtilitas omnium dicitur considerata; quando in genere omnes, & non aliqui in specie comprehenduntur, & sicuti si aliqui laici vinum nõ haberent (quomodo credibile est,) quod in Civitate Balagarij adsint dici non potest, quod privilegium prædictum bonum commune laicorum non respiciat ita à pari nec etiam, si vnus Clericus, vel alia persona Ecclesiastica vinum non haberet, affirmari potest privilegium publicum bonum omniũ Ecclesiasticorum Civitatis Balagarij non respicere, ita ex quampluribus Doctoribus quasi punctim in casu nostro pulchrè dicit Cutell. *de immunit. Eccles. tract.* 2. *q.* 69. *num.* 1. omnino videndus; merito dicendum erit, quod dicta prohibitio publicum bonum respicit, qua de causa omnes Ecclesiastici sunt comprehensi, cum ante omnia communis vtilitas est consideranda, & non particularis ita scriptum reperitur Maccab. 2. *cap.* 4. Ibi. *Communẽ vtilitatem apud te vniversæ multitudinis considera*, & apud Livium *dec.* 4. *lib.* 6. Ibi. *Communis vtilitas societatis maximum est vinculum*, & dixit Sordan. *de rebus Getic facilè omnes appetũt, quæ pro cũctorũ vtilitate tẽtãtur.*

OBIECTIONES CONTRA SECVNDAM PARTEM SECVNDI Articuli.

157 OBIECTIO prima esse potest, quod dictum, privilegium, seu prohibitio tanquam repugnans Ecclesiasticæ libertati non valet, nec tenet, vnde merito Ecclesiasticas personas vllo pacto comprehendere, & ligare potest, & quod sit contraria, & repugnans Ecclesiasticæ immunitati, probatur ex eo quia tollit libertatem Ecclesiasticis, vt vinum extraneum inferre in Civitatem pro proprio vsu non possint, & hoc in magnum præiudicium ipsorum, & interesse, quia bonum vinũ, & meliori prætio emere prohibẽtur, imò, & si infirmi essent, tenentur vinum malum coactè bibere, qua propter libertas ipsorum leditur, cum non possunt emere vnde volunt, & quia sunt exempti à prohibitione privativa libertatis; cum per istam tollitur privilegium à communi iure Ecclesiasticis concessum, & hoc solum sufficit ad hoc vt Ecclesiastica immunitas lædetur.

158 Res-

158 Respondetur primò negando assumptum, seu hipotesim; nempè quod absolutè non prohibetur vinum extraneum in Civitatem introyre, sed ad certũ tempus limitatum, donec, & quo ad vsque vinũ tam propriũ Ecclesiasticorum, quam laicorum vendatur, (vt in privilegio legitur) ad finẽ nè ammittatur, quia vel nunquam venderetur, vel nõ conservaretur nec ex hoc tollitur omnimodè Ecclesiestica immunitas, & sic dicta prohibitio absolutè Ecclesiasticorum libertatem non tollit, sed in quantum ipsi sentiunt magnum commodum vendendo, vel arrendando vinum propriũ maiori prætio; merito sentire debent parvum incommodum; scilicet, quod (prohibitione durante) vinum extraneum introducere non possint ad effectum, vt ipsorum proprium vendatur, vel quod ex hac prohibitione possint maiori prætio ipsorum primitias, ac decimas vini in territorio producti arrendare, vel vendere, quod aliàs (sicuti dictum est) non ita succederet, imò totum è contra; Et sic Civitatis intentio in hoc non est Ecclesiasticæ libertati præiudicare, imò beneficium inferre, quod cum Ecclesiastici agnoverint, in illã spontè consenserunt; & sic volenti nulla fit iniuria *l. nemo præsumitur de regul. iur. l. 1. de actionib. empti. l. §. vsque adeo, ff. de iure iurando, cap. scienti de regul iuris in 6.* Argel. *de legitim. contradictor.* S. Thomas 2.2. *quæst.* 59 *art.* 3. & in feré nostris terminis dixit pulchrè cit. Grassus *de effectibus clericatus d. effect. 2. in cit. num.* 187.

159 Respondetur secundò, quod Civitas non prohibet Ecclesiasticis vinum pro proprio eorum vsu introyre (quod aliquo modo considerari posset ad dicendum, quod Ecclesiasticorum libertas per dictam prohibitionem læditur) sed tantum nè illud introducant, vel pro vendendo alijs personis, vel pro suorum cõsanguineorũ vsu aut animo negotiãdi; Cũ Civitas plené probavit quod Ecclesiastici omnes de primitijs, & decimis tãtũ vini recolligunt, quãtũ pro proprio ipsorũ vsu sufficiens esset (& per consequẽs etiã prædictus Canonicus de Esteve, cũ quo præsens causa agitatur, (quod tãtum ad consequutionẽ huius contentionis sufficeret) absque quo extraneum introducere necessitarent, si illud non venderent, vel arrendarent, vltra quod etiam (præter dictas primitias, & decimas) ex proprijs patrimonialibus vineis in territorio existẽtibus, ac beneficialibus vinũ habẽt; & sic pro Civitate fortissimum dilẽma adest, nempè aut vinũ, quod recolligunt in territorio Civitatis vendunt, aut nõ; si non; ergo pro proprio vsu ipsorũ quod sufficiens est tenẽt; & sic omne aliud, quod introducere prætẽdunt, nõ præsumitur pro proprio vsu inservire, sed animo istud vendendi, ac negotiandi (sicuti etiã concludẽter Civitas probavit;) & in isto casu certum est, quod à prohibitione Ecclesiastici exempti non sunt, vt expressé decisum reperitur *per cap.* 10. *distinct.* 88. Ibi. *Fornicari omnibus semper non licet, negotiari verò aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim Ecclesiasticus quis sit licet ei negotiari facto iam non licet, & ex d. cap. citato,* & ex alijs multis DD. dicit Ansaldus *de iurisdict. par. 2. tit. 8. cap. 3. num. 10. & seqq.* & melius *in d. par. 2. tit. 11. cap. 34. à num. 1. & per totum caput, & in cap. 35. ibid; & in par. 5. tit. 4. cap. 3. & vltim. omnino videndus.* Aut vendunt proprium vinum in territorio Civitatis recollectum, & postea pro proprio vsu extraneum introducere volunt, & meritò prohibitio prædicta

cta ipsos ligat; cum Ecclesiastici non possunt ex vna parte beneficio statuti, seu privilegij prædicti gaudere, & alia via sua onera non substinere (provt alibi plenè probavimus) nequé eis licitum est vinum pro proprio vsu laicis vendere, qui stante prohibitione illud emere tenentur, & postea ipsorum vinum non emere; & hoc contra naturalem æquitatem; cum consonum naturæ est, eum non recusare onera, qui acceptat commoda *vti in clement. in 1. decensibus*, & destructor naturæ dici potest is qui lucrum amplectitur, onus autem annexum contemnit *l. 1. §. pro secundo. C. de caduc. tollend. cap. recollentes* 8. *de stat. Monach.* ibi. *Dignum est, vt qui similem cum alijs vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam cap. quod omnes* 29 *ff. de regul. iur. in* 6. *l. secundum naturam* 10. *ff. de regul. iur.* & ita per dicta iura tenent quasi in nostris terminis Bald. *in l. per Bythiniam* 2. *C. de immunitat. nemin. concedend. num.* 2. *lib.* 10. Natt. *cons.* 411. *iste qui ab adversario num.* 4. *vers. est istud dictum Iacobi Butrigarij*, Alexand. *cons.* 68. *vt viso, dudum discusso processu num.* 13. *vol.* 2. Andr. Barbat. *cons.* 29. *Clementissimũ Deum num.* 16. *vol.* 4. Laderch. *cons.* 145. *Opinor ex his, quæ ex facto ipso num.* 1. *&* 2. *vers. quo circa* omnino videndus, *& in num.* 3. ad finem concludit; Ibi. *Quare cum nos tractemus de hoc genere, quia Clerici percipiant commodum particulare cum eorum prædia redigantnr ad fertilitatem sumus extra omnem dubitationem.*

160 Et certum est, quod nulla Canonica lex invenitur, quę dicat, quod Ecclesiastici possunt prius vinum proprium vendere, & arrendare quod sufficiens erat proprio vsu maiori prætio ex causa prohibitionis prædictæ, & postea vinum extraneum introducere ad effectum lucrandi, duo beneficia obtinendi, & pauperes laicos opprimendi; Eo magis, quod quando tam Ecclesiastici, quam laici sunt infirmi, omnes possunt prævia licentia vinum introducere cum hoc per privilegium fuit prævisum, & provisum; nec non in Civitate plures adsunt tabernæ, vbi omnia vinorum genera vẽdũtur, sicuti constat per fidem à Civitate exhibitam *in fol.* 174 & dicta vina quæ in Civitate venduntur, possunt emere Ecclesiastici immunè cum plumbis, quod solũ sufficiẽs satis est ad finem, vt ista prohibitio Ecclesiasticos comprendat ex supra traditis, & ex dictis in ferè nostris terminis in vna causa Placentina sicuti refert Ricard. *Quodlib.* 2. *quæst.* 30. *art.* 6. *cap.* 1. Summa Angelica *in verb. immunitas num.* 42. Sylvest. *eod. verb. num.* 22. *in fin.* Rosell. *in verbo pedagium num.* 17. Asten. *lib.* 6. *tit.* 30. Lopez. 2. *part. instruct. consc cap.* 40. *quæst.* 9. Henri. *cap.* 15. *lib.* 10. *§.* 5. *n.* 8. *addita glos. litera* P, qui etiam testatur *in litera O* Salamanticæ consultos DD. sic statuisse contra Navar. *cap.* 17. *num.* 201. & etiam iuris periti sic tenuerunt, videlicet Castrens *in cons.* 423. *ex puncto per totum* maximè *nu.* 3. *vers. ex quibus patet lib.* 2. Burzat. *cons.* 42. *post num.* 19. *vers. nec dicatur* Festas. *tract. de estim.* 4. *part. princip. quæst.* 1. *num.* 48. Secundum quam doctrinam sic fuit conclusum in quibusdam Civitatibus, vt attestatur Vulpell. *de immunitat. Eccle. part.* 2. *casu* 11. & cum prædictis etiam Thomas *de collectis pag.* 64.

161 Respondetur tertiò, quod Adversarij metipsi asserunt, Civitatem (prævia licentia) permittere vt vinum extraneum Ecclesiastici introducere possint, quo stãte libertas nulla eis tollitur; Et si replicãt, quod ista licẽ-

tia est contra immunitatem. Respondetur, quod hanc non petunt vti recognoscentes Civitatem superiorem in eos, nec Civitas dictam licentiam concedit, ratione iurisdictionis in Clericos exercendi, (quod aliquo modo considerari pesset ad libertatem Ecclesiasticam lædendam) sed tantum ad hoc, vt nè Ecclesiastici prædicti vinum extraneum pro aliorum vsu, & præter necessarium introducant; vel nè sub Ecclesiasticorum nomine laici non exempti illud in Civitatem inferrent, & etiam né Ecclesiastici cum viderent vinum laicorum in commissum deprensum esse, dicant esse suũ ad finem penæ evitandæ; ex eo quia per dictam licentiam indemnis servatur Ecclesiastica libertas, quia vinum (ipsa prævia) Ecclesiastici introducere possunt (provt ipsi aiunt) & Civitas damnum non patitur ex libera introitione dicti vini; & sic tantum dicta licentia (sicuti diximus) ad obviandas fraudes tendit, & non aliter, nec alio modo, & tamen omnia iura exclamant tam divina, & naturalia, quam canonica, & civilia, quod simulationibus, fictionibus, fallacijs, dolis, machinationibus, & fraudibus leges quantum valent, ac possunt fortiter tanquam armatæ resistere habeant, & hoc generaliter quo ad omnes personas, & causas etiam Ecclesiasticas, & pias, ita latæ, & memorabiliter scriptum invenitur apud Rub. *in par. 8. decis. Recent. Rota in addit. ad decis. 16. à n. 1. cũ multis seqq.* & mirabiliter ad nostrum propositum dicit non Doctor secularis, sed Eminentissimus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Tuschus celeberrimus Iuris Pontificij, & Cesarij Doctor *in lit. S conclus. 581. num.* 28. vbi postquam refert opiniones pro, & contra si statuta laicorum Eccsesiasticos comprehendunt, concludit, Ibi. *Quia licet controversus sit articulus iste, quia opiniones sunt pro vtraque; quia saltem tollitur, vel restringitur beneficium iuris communis item statutum non extẽditur ad non suppositos, è converso versatur publica vtilitas, & æquitas tollendi fraudes, quæ magis convenit Ecclesiasticis, & quia nullum infertur præiudicium, quia tantum tuetur, quantum potest offendere, idcirco crederem (salvo saniori iudicio) sic distinguendum, si statutum includit nominatim Ecclesiasticos, est ipso iure nullum; (per superius dicta) si non nominat, sed generaliter loquitur tunc comprehendit Clericos*, & ex Butr. Tiraq. Cin. Bald. Alexan. Ang. & alijs hoc firmat, & tenet dictus Purpuratus citatus Sãctæ Romanæ Ecclesiæ, & eruditissimus, ac sapiẽtissimus Canonista.

162 Sed in casu nostro prohibitio, statutum, seu privilegium prædictum ad tollendas fraudes, & ad publicam vtilitatem tendit, & non solum per illud nullum præiudicium Ecclesiasticis infertur, imó commodum; vel ad minus negari non potest, quod mayor sit vtilitas quam damnum, & ipsos nominatim non includit, sed solum generaliter, (provt per lecturam privilegij, & per supra tradita omnia prædicta patent) ergo decisionem habemus Principis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in feré nostris terminis ad favorem Civitatis.

163 Tamen omnia prænarrata dicta fuerunt, si res (sicuti adversarij articulant, & eorum testes deponunt) esset; Sed Civitas dicit, quod prohibitio Ecclesiasticos comprehendit, & tanquam talis semper ab illis observata fuit, quapropter merito semper licentiam petierunt, & sic negari non potest, quod cum Canonicus licentiam non petijt (sicuti erat consuetum,

tum, & practicatum) benè potuit Civitas ad dictã executionem procedere sicuti in fortioribus terminis decisũ testatur citat Revert. *in decis. 222. per totũ*, & Marin. *ad dictũ Revert.* imò nullo pacto præsumere, & credere potuisset vinum esse Canonici prædicti, quia si suum fuisset, vtiq. licẽtiã petijsset, sed quod aderat fraus; cum ista solum præsumptionibus probatur, vt alibi diximus, & pulchrè probat cit. Rub. *in d. par.* 8. *decis. recẽs. in addit. ad decis.* 16. *num.* 187. *cum pluribus seqq.* maximè stantibus probationibus à Civitate factis sup. *artic.* 16. 17. *&* 18.

164 Oijcies Secundò, quod vtilitas etiam publica, & Ecclesiasticorũ, & favor Civitatis Balagarij nõ potest facere nullo modo, vt prohibitio prædicta ipsos comprehendat, cum immunitas Ecclesiastica totum Clerum, & communem Ecclesiam respicit, & non Ecclesiasticos particulares Civitatis prædictæ, & sic nec vtilitas eorum, nec etiam consensus facere potest, quod laicorũ statutum ipsos liget, & comprehẽdat, cum ex nulla causa isti dare possint, aut conferre iurisdictionem in laicos prorsus incapaces in eos ipsam exercendi, & in casu nostro magis attendenda est publica Ecclesiæ causa, quam particularis favor Ecclesiasticorum Balagarij; eo magis, quod de iure Divino Clerici exempti sunt, & sic non possunt laici etiam (stante antiqua consuetudine) in eos nec habere, nec exercere iurisdictionem cum vis istius ad ea, quæ sunt divini iuris non extenditur; quapropter merito dicendum est, quod dicta prohibitio non tenet, nec valet in eorum odium cum (ex dictis) libertati Ecclesiasticæ repugnat.

165 Respondetur Primò, quod dicta opinio est contra communem Doctorum sententiam, cum omnes vnanimiter teneant, & concludant, quod quando lex statutum, seu laicorum prohibitio tendit pro bono publico, & privato tam Ecclesiasticorum, quam laicorum (etiam si non consenserunt in eo) tanto fortius quando acquiaverunt (sicuti in casu nostro) omnes comprehendit, sicuti supra plenè fundavimus, & dixit (pręter citatos) Paitell. *in decis. causarum civil. in annotat.* 67. *nu.* 56. omnino videndus; eo magis, quod in casu nostro dicta prohibitio non tollit ius, sed limitat (& sic incõtrovertibiliter omnes DD. tenẽt Ecclesiasticos sub ea esse cõprehensos,) ita Castrens. *cons.* 164. *in fin. lib.* 2. maximè quãdo respectu Ecclesiæ non est facta Federic. de Sen. *cons.* 84. *& cons.* 85. *in num.* 4. *vers. non obstat, quod dicitur.* Sed dicta prohibitio ius non tollit, sed tantum limitat pro aliquo parvo tempore commercium vnius rei, & hoc ex causa publicæ, & communis vtilitatis omnium civium Civitatis Balagarij tam Ecclesiasticorum, quam laicorum, & respectu Ecclesiæ non fuit facta; ergo etiam Clericos comprehendit, ex quibus resultat clara responsio ad dictam obiectionem; nempè, quod tunc in aliquo militare posset, quando ius tolleretur, sed non quando solum limitatur, aut quando prohibitio respectu Ecclesiæ facta fuisset, quod secus est in casu nostro.

166 Respondetur Secundò; quod immunitas Ecclesiastica totum Clerum, & Ecclesiam respicit quo ad totam privationem, libertatis, & immunitatis ipsius, sed non quo ad aliquos, & certos casus particulares, & ad aliquas personas, ac pro parvo tempore, quia in isto casu non lęditur, nec offenditur tota libertas Ecclesiæ, & cõmunis Cleri, quia ipsa suam libertatẽ

intactam,

intactam,& totalem retinet,nec istę particularis casus noster præiudicium infert ad totum statum Ecclesiasticum, sed tãtum particulare beneficium cum aliquo iusto,& debito onere(quod est causa dicti beneficii)ad Ecclesiasticos Civitatis Balagarij (eis consentientibus, nec non summo Pontifice,ac Episcopo Vrgellensi) confert,(pro vt alibi tetegimus); Nec hoc inconveniens,nec repugnans vniversali immunitati Ecclesiæ est, cum æquitas,& iustitia maior in ista,& Clericis,quam in Secularibus considerari debet *cap.ea enim 2. §. hoc ius,& ibi glos. sub ver.vt plus.* 10.q. 2.& Ecclesiastici denegantes Civitati, vel Principi in necessitatibus subvenire, in iusta prohibitione comprehendi , & cum laicis pro communibus vtilitatibus contribuere,æquitatem Canonicam tueri nequeunt,ita inquit in similis Tiraquell.*de retract.lignager.* §.1.*d.glos.*13.*num.*15.*vers. quasi in cæteris obtinent* quem sequitur in nostro proposito Ansald. sepè cit. *de iurisdict.tit.*3.*cap.*3. *par* 5.*num.*366. & 368. & Papinian.*in l.quæsitum scio.*13. *ad finem ff.de testib.* hanc æquitatem,religionem appellavit,& de ista multa dicit, Simõ Schard, Lexicon. *Iuris in verbo æquitas propriè sumpta,* & Lucas de Penna *in l.fina. C.de exactib.tributor.num.6.vers.& benedicit pro proximo* post quam in superioribus numeris multa ad materiam concessit, subiungit; ibi. *Denegantes ergo in his contribuere, Clerici rationabiliter damnarentur; nam paria sunt quoad hac auferre alienum & non solvere,quod tenentur cap.sicut,9. 8. distinct.* 47. *& etiam conferunt ad nostrum casum* dicta abunde per Amayam.*supra lib.*10. *C.in l.*2.*C.de annon. & tribut.eodem lib.*

167 Respondetur Secundò,quod tunc aliquo modo præiudicium totius Cleri,& Ecclesiæ considerari posset ad hoc,vt Ecclesiastici particulares nõ comprehendantur sub statuto,& prohibitione laicorum,quando de Clericis expressè loqueretur,secus quãdo de ipsis specialiter non fuit facta mẽtio,sed generaliter tantum, ita tenet per text. Canonicũ pũctualem *in cap. cum venissent de eo qui mitti in posse.* Francis.Marc. *in decis.Delphin.*250.*part.* 1.*num.*4. Abb.*in repetit.cap.Ecclesia Sancta Maria.num,*26, & ibi Felin.*in nu.* 90. *de constit.* Castrens.*cons.*5.*num.*2.*lib.*2.*& cons.*194.*viso statuto in fine,* Alex. *cons.*211.*visa facti num.*2.plenè Lap. *in allegat.*101.*in Civitate Florentia per tot.& allegat.*102. & infiniti alij quos brevitatis causa omitto.

168 Respondetur Tertio,quod dicta obiectio solum locum obtinere potest in his dum taxat,quæ spiritualia sunt,& quę ordinis concernunt,secus in his (provt in terminis nostris)quæ iurisdictionẽ tantum sapiunt,pulchrè Abb.*in cap.quanto de consuet.num.* 2. vbi dicit, quod dict. cap. restringit dispositionem *cap* 1.*de præscript.in* 6. *& l.hoc iure §.finali vers.ductus aquæ ff.de aqua quotidiana,& istiva,* & ita dicit d. Abbas tenere Ioan. Andr. *in cap.* 2. *de præben.in* 6. & hos videtur sequutus Rocc. Curt. *in cap. fin. de consuet.col. mihi* 54.*vers.requiritur*; ibi, *sed vide Abbatem clarius loquentem in d. cap.quãto,& ad finem*; ibi, *quia alia sunt,quæ præscribi nequeunt,vt in d.cap.accedentes, & tamen privilegio acquiruntur, vel etiam consuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium.*

169 Respondetur Quartò, quod exemptio Ecclesiasticorum non est de iure divino in temporalibus,criminalibus,ac civilibus, Sesse *decis.* 113.*tom.* 2.*num.*78.*&* 189.& pulchrè 190.*& seq.* Dominus Don Michael de Cortiada

da *num*.40. *&* 41. Anzald. *de iurisdict. par*.4. *tit*.1. *cap*.3. *num*.29. & in alijs locis, & infiniti alij cum omnes Ecclesiæ, & Clerici antiquiùs erãt subditi Imperatoribus, provt ex pluribus iuribus Canonicis tenet, & probat Boer. *decis*. 31. *num*.3. & quoad forum certum est exemptos à solo humano iure esse, ita ex pontificalibus responsionibus, & ex authoritate infinitorum Sanctorum Patrum, Theologorum, Canonistarum, & Iuristarum probat Anzald. sepè cit. *de iurisd. par*.1. *cap*.2. *per tot. omnino videndus*, quia ad omnia argumenta, & doctrinas contrariorum sigillatim respondet, & ad partẽ pro veritate materiam disputat; sed quidquid sit de hoc, ferè tamen omnes conveniunt bona Ecclesiasticorũ de iure positivo tantũ esse exẽpla, quia Deᵒ voluit, vt ministri legis nullum dominiũ terrenorũ haberẽt, né per terrena, à divino distrahantur cultu, vt patet in tribu Levi, quæ non habuit partem, nec hæreditatem inter alias tribus, imò tribus Iuda, de qua fiebant Reges, & tribus Levitica, de qua fiebãt Sacerdotes erãt distinctæ, vti Ioan. Anton. Niger scribit, & advertit *in repet. clement. vt Clericorum ordo de officio ordinarij num*.33. & his verbis notat Abb. *in cap*.1. *de censib. nu*.8. Ibi. *Nam Deus noluit, vt Clerici haberent partem in Terra promissionis, sed solum essent cõtenti de decimis, & primitijs, vnde quidquid postmodum habuit Ecclesia non ex debita, sed ex gratuita devotione fidelium est assecuta*, & Christus nõ venit solvere, sed amdimplere Matt. *ad evang. cap*.5. & hoc est adeó verum, quod (salvo meliori iudicio) mihi videtur controverti non posse, cum per Evangelium probatur, quod Christus adeo terrena, & tẽporalia despexit, vt nõ nisi illos, in suos discipulos suscipere voluerit qui relictis prius omnibus, & toto patrimonio pauperibus distributo, & temporalibus omnibus renunciatis sequti sunt ipsum, provt patet per cit. Matteũ *evangel. cap*.19. *vers*.21. *ad finem*; vbi ex Divo Augustino *in tract*.6, *ad cap*.1. *Ioannis* id etiam probatur, & per dictum Matt. *evangel. cap*.10. ibi, *quod gratis accepistis, gratis date*, & idem Vrbanus Papa scripsit *in cap. Salvator prædicit* 8. 1. *q*. 3. & pulchré probat cit. Anzald. *de iurisdict. pars*.5. *tit*.3. *cap*.3. *nu*.735. *& seq*. & sic si statutum laicorum personas Ecclesiasticorum non ligat, tamen bené bona ipsorum, quæ de iure positivo sunt exempta ligare potest ita Morla *in empor. iur. tit*. 1. *q*.16. *ff. de legib. num*.7. Sessé *de inhibit*. §.3. *cap*.8. *num*.141. Nobilis, ac sapientis. Cortiad. *in decis*.26. *per tot*. pulchré Cutell. *de immunit. Eccles. tract*.2. *q* 8. *num*.56. *& seq*. omnino videndus, & dicta incontrovertibiliter procedunt in certis casibus, & ex particulari causa, concurrente publico bono, & proprio Ecclesiasticorum, itá Sessé *decis. Aragon*. 113. *num*. 83. *& seq*. & melius *num*.95. *& in d. tract. de inhibit*. §.3. *cap*.8. *nu*.53. 54. & melius *in num*.146. 147. *&* 145. *in proposito sine desidia legendus*; vnde ex dictis satis colligitur, quod dicta prohibitio ligat Clericos, & immunitatem Ecclesiasticam non lædit, nec suæ libertati repugnat.

170 Respondetur Quintò, quod in præsenti nostro casu (quidquid sit in iustitia naturali, & principali puncto dicendum) negari non potest, quod adest in Civitate Balagarij consuetudo antiqua, cum iusto titulo privilegij Comitis Vrgellensis ab Ecclesiasticis observata, & ex consensu eorũ, Episcopi, & Summi Pontificis confirmata, sicuti fuit per Civitatem probatum & etiam de iure præsumitur stante quod dictum privilegium semper stetit

 inviridi

in viridi observantia, ex antiquissimi temporis lapsu, sicuti pulchrè dicit Vermiglol. omnino videndus *in cons. crim.* 361. *num.* 4. ex Serafino *decis.* 536. *num.* 5. & si in præsenti causa non est de hoc controvertendum, cum tantum de actuali possessione in qua Civitas reperitur absque controversia, & non de titulo permissum est disputare; sed ad maiorem cautelam dico, quod dicta consuetudo benè Clericos ligat, & obligat ex eo quia suorum exemptio in temporalibus, criminalibus, ac civilibus est de iure humano, (sicuti supra probavimus) vnde meritò potest prescribi, ita cit. Sessè *in d. decis.* 113. *n.* 79. *&* 104. & Dom. Cortiad. *in d. decis.* 7. *n.* 42. 43. *& seqq.* & stante eorum consensu ambigi non potest ita Cumia *super ritu Regiæ Magnæ Curiæ Regni Siciliæ in cap.* 40. *fol. mihi* 224. *in num.* 276 *&* 277. Ibi: *Quinto, quia hoc statutum tacitè videtur acceptatũ à subditis, & Clericis, &c. Et statutum etiam contra ius Canonicum ab inferiore factum ligat Clericis, si à Clericis acceptaretur siquidem potius ex eorum libera voluntate quam ex constitutione ligati censerentur*, vt tradit Rocc. de Curt. *in d. cap. fin de cõsuet. in gl. fin. vers. quartus casus fol.* 28. Felin. *in cap. quod super his in quarta fallentia de maioritate, & obedientia*, & quod exemptio prædicta non sit absolutè de iure divino id ad oculum demonstratur ex eo, quia si esset absolutè nunquam daretur casus, quod iudex secularis de causis Ecclesiasticorum cognoscere posset ita Sessé *in d. tract. de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 142. Sed nos quotidie, & per totam Christianitatem in aliquo casu contrariũ practicari vidimus, sicuti in Regno Valentiæ tessatur Leo *decis.* 148. *per tot. lib.* 2. & de Neapolitano Marinus *lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 55. in Principatu Cathaloniæ Oliban. *de iure Fisci cap.* 14. *num.* 13. *n.* 10. & Domin. Cortiad. *in decis.* 3. *per tot.* in Sabaudia, & Pedemõtana Provincia Tesaur. *decis.* 31. *in* Regno Franciæ Tiraquell. *de retract. lignager* §. 8. *n.* 16. Ioan. Fabro. §. *item servian. institution. de action.* in Veneta Republica Thomas Trivisanus *decis. venet.* 34. *lib.* 1. in tota Germania Gailus *observat.* 37. *num.* 4 *lib.* 1. Misinger. *observat.* 22. *centur.* 1. in Regno Aragoniæ, Sessè *de inhibit. d.* §. 3. *cap.* 8. *per tot.* in Regno Siciliæ Cumia in loco supra cit. in Regnis Castellę, & ferè in tota Hispania Morla *loco cit.* Salgad. *in loco supra adducto, & per tot. tractatum de retentirne bullar.* & infiniti alij, quos nominare, esset nunquam finem imponere ergo obiectio prædicta in pręsenti nostro casu particulari non militare colligitur.

171 Respondetur sextò, quod Ecclesiasticæ libertati non repugnat fraudibus obviare, & prohibere nè possint Ecclesiastici Civitatis Balagarij in grave damnum tam Vniversitatis, quam omnium aliorum Civium vinum extraneum introducere absque licentia, quando vinum proprium sufficiens pro proprio vsu vendunt, seu arrendant pro maiore prætio ex beneficio prohibitionis prædictæ, franchitias tenent ad effectum emendi vinũ immuné in Civitate pro eorum servitio si eo egent, & post quam plumba acceperunt, & proprium vinum in territorio Civitatis collectum vendiderunt, & pacto, transactione, & conventione in prohibitionem, & ad eã observandã cõsenserũt, quod deinde, vel negotiãdi causa, vel lucrãdi, seu ad alios vsus vinum extraneum inferre velint, & hoc sine licentia facere se posse pręsumant, & quidẽ ad finẽ fraudandi, vel saltẽ nè possit Civitas

vitas fraudibus obviare, & non exemptos ad solutionem gabellæ vini, & ad dictam iustã prohibitionem observandam obligare, imò quod sub nomine Ecclesiasticorum fraudes laici cõmittant; quoad hæc omninò credẽdum nõ est quod sacri canones iustitiæ cultores, & Sãta Romana Ecclesia mater æquitatis, & veritatis eos protegere velint, ac tot damna permittere, cum imò præcipiant, vt fraudibus obvieretur, & obseretur, claudaturquè ipsis omnis via, & ostium, sicuti sepiùs monuit Sacra Rota, & præsertim *in decis. 228. num. 12.* Ibi: *Fraudibus omnibus modis est obviandum, & tollendã occasio supplantandi, &c. par. 6. recentior, & decis. 243. num. 4.* ibi: *aperiretur via fraudibus quæ præcludenda est, &c. eadem par. 6.* & coram Peña. *decis. 336. num. 5.* ibi *dicebat, etiam facilè hac via posse aditum patere fraudibus, &c.*

172 Et si pro publica vtilitate, & proprio beneficio Ecclesiasticorum statuta laicorum ipsos comprenhendere non potuissent, vtique sequeretur quod in nullo casu Ecclesiastici ex eis obligarentur, quod est contra communem omnium sententiam, pro vt de reparatione fontium, itinerũ, murorum, pontium, & similium adsunt doctrinæ, & iura expresè decidentia *in l. ex præstatione 7. C. de vectigal. & commiss. l. ad institutiones C. de Sacrosanct. Eccles. Autentica statuimus C. de Episcop. & Cleric. glos. in cap. non minus in vers. non relevandas de immunitate Ecclesiast.* & ibi Cardin. Ioan. Andr. Innocent. & Hostiens. Menoch. *cons. 800. num. 24. & per tot.* Festas. *in tract. de estim. & collect. par. 4. ex num. 15. in cap. 1.* Florian. de Sãto Petro *in l. pendentes §. si quid cloacarum ff. de vsu fruct.* Pappon. *in sua arrest. 16. 17. 18. & 19. arrest. lib. 5.* Genedo. *in collectan. ad decretalem collectan. 153. num. 2. par. 2.* Vival. *in candelabro Ecclesiæ in explanatione Bullæ cænæ Domini cas. 5. ex num. 43.* Azo. *in summa in tit. de oper. public.* Ludovic. Lopez. *in instruct. conscientiæ col. 303. par. 2. vers. queritur,* & plusquam mille DD. pro hac cõclusione allegari possunt, & de faciendis aggeribus, vel cõsimilibus operibus, reparationibus, & propugnaculis pro defensione bonorum tam laicorum, quam Ecclesiasticorum dixit Ioan. de Plat. *in l. ad reparationem C. de aqua ductu quem sequuntur* Ioan. Franc. Ripa *in resp. 168. nu. 6.* Cepoll. *de servitut. viarum, num. 48.* Butr. Ancher. & Anania, *in d. cap. non minus de immunit. Eccles.* & nemo in hoc descrepat, Grassus *de effect. Cleric. effect. 3. num. 209.* Malvasia omnino videndus *in cons. 26. per tot.* & infiniti alij, quos si referre vellem, charta mihinon sufficeret; Ergo verum non est quod in casu nostro vbi concurrunt, bonum publicum, & vtilitas particularis omnium Civium, (sicuti supra diximus) Ecclesiastici Balagarij non tenentur dictam prohibitionem observare, quando in ea comprehenduntur, cum immunitati Ecclesiasticæ, ac libertati non repugnat.

173 Respondetur Septimò, quod tunc laicorum leges, prohibitiones, vel privilegia Ecclesiasticæ libertati, ac statui totius Ecclesiæ repugnant, quando fuissent conditæ animo iniuriandi Ecclesiasticos, & extorquendi ab eis aliquam rem, & quando indirectè, eos gravarent, seu veriùs principaliter præiudicium inferrent, aut quando maius damnum ex eis Ecclesiastici, quam laici sentirent, vel si illi in Civitate, seu Republica non esset, vtiquè dicta prohibitio non adesset, secus verò quando prædicta non concurrunt

currunt (sicuti in casu nostro ex eo quia dicta prohibitio beneficium tantum Ecclesiasticorum Balagarij respicit (sicuti in *num.95.* huius præsentis allegationis probavimus)cum tũc,nec dubitari nec controverti potest statuta, & leges laicorum Ecclesiasticos ligare, ac illos comprehendere, cum Ecclesiasticæ libertati nõ contrariantur, quia reprobatæ nullo iure inveniuntur, sed tanquam iustæ, honestæ, & bonæ approbatæ censentur;& sic vniversalis status Ecclesię, & Clericorum per eas nullo modo læditur, sed tantum per ipsas vtilitati Ecclesiasticorum Balagarij, & bono publico prędictæ Civitatis, & omnium Civium ipsius consulitur, & fraudibus obviatur; & hoc facere, immunitatem Ecclesiasticam non est lædere, nec aliquid agere contra ipsam; sed absq. illorum damno Reipublicæ providere (sicuti supra diximus) & est rationabile, & iuri consentaneum quod Ecclesia, & Ecclesiastici, qui ex bonis laicorum vivunt, & ab ipsis, ac à Civitate tot beneficia recipiunt facere teneantur quod eis non nocet(imò prodest) & Civitati, omnibusque alijs Civibus proficuum est, sicuti ipsa vellet, quod in simili casu idẽ pro se decerneretur, iuxta pulcherrimé tradita ab Ansald. de iurisdict. *cap. 3 par. 5. tit. 3. n. 351. vsque ad nu. 368.* vbi etiam probat,quod secularis Iudex in isto casu potest Ecclesiasticos ad dictam prohibitionem, vel aliquam aliam rem observandam constringere, & Glo *in cap. dilecti filij 13. de maioritate, & obedientia sub verbo noles*; hos refert versus.

Quod tibi vis fieri, mihi fac; quod non mihi; noli.
Sic potes in Terris vivere Iure Poli.

174 Eo magis, quod dicti Ecclesiastici beneficio privilegij prædicti vtuntur, ideo illud observare tenentur, provt (præter citatos) quasi in nostris terminis pulchré dixer. Iason *in l. placet in 1. lect. num. 2. C. de Sacrosanc. Ecclesijs*, Fulgos. *cons. 202. col. penul. vers. & namque debitum*, perbellé Gravet. *cons.* 803. *iussus à Domino num. 9. vbi plurimos allegat*, & melius ad nostrum intentum Alexan. *cons.* 209, *col. penul. num. 15. vers. 2. princip. ratione lib. 7. vbi* Apostil. *dat concordantes in vers. fallit, & cons. 210. num. 5. vers. 9. consonat. lib. 2. & per tot. d. cons.*

OBIECTIONES CONTRA TERTIAM PARTEM SECVNDI Articuli.

175 OBIECTIO Prima esse potest,quod cõsuetudo nec antiqua,aut centenaria,nec immemorialis legitimè à Civitate probata fuit,ex eo quia testes cum requisitis necessarijs ad dictam probandam non deponunt.

176 Respondetur Primò, quod bené testes á Civitate producti immemorialẽ, aut saltem centenariam, vel antiquissimã consuetudinem probãt quæ etiam sufficiũt cum eũdem effectũ in his operẽtur quã immemorialis ita mirabiliter Fontanell. omnino videndus *in decis.* 319. *per totam, & in num.* 19. *& seqq.* Ibi: *Et ne dum probata immemoriali manet probatum privilegium; sed etiam probata centenaria, quæ est facilioris, probationis, per instrumenta locationum vectigalium, & alia documenta, quoad istum enim effectum, & quòad alia quam plurima, parificantur proculdubio immemorialis, & centenaria*

naria de qua re est locus expressus nunquam satis laudatus apud Gaspar. Thesaur. in citat. quæst. forens. 27. lib. 12. semper in hac materia præoculis habendus; vbi etiam, quod præscriptione centum annorum præscribitur omne ius, etiam imprascriptibile; & cui lex resistit, & contra Imperium Romanum, & contra Ecclesiam Romanam, nec requiritur bona fides, & mala purgatur, & citat. Peregrin. Trivisan. Mastril. Castil. Fab. & subiungit *idem Mastr. de Magistratibus lib. 1. cap. 19. ex num. 9. cum seq.* vbi, *& hoc amplius, quod hic tēporis cursus inducit præsumptionem iuris, & de iure pro titulo, & concessione privilegij, quæ non admittit probationem in cōtrarium*, & multa dicit per tot. dictam decis. tamen centenaria dubitari nō potest, quod in casu nostro probata fuit, & etiam antiquissima consuetudo, cum ista probatur ex vsuum frequentia, pluritate actuum; & temporis diuturnitate ita & Natta, Socci. Iun. & Roland. tenet, & decisum refert Peña *in decis.* 147. *num.* 2. *&* 7. immemorialis verò, quod testes deponant de fama, auditu antiquorum, & ita semper observari vidisse, ac de quadraginta annorum memoriam habere; sed testes à Civitate producti omnia, ad centenariam, antiquissimam, ac etiam immemorialem consuetudinem probandum tenent; ergo bené probata fuit consuetudo prædicta; Maior est certa in iure minor ex processu probatur ex eo, quia testes dicunt de fama, de auditu antiquorum, & sic observatum vidisse semper, & quam plurimi testes excedunt memoriam quadraginta annorum; cum dicant esse 55. 56, 60. 70. 73, & 76. annorum, & sufficit, quod virtualiter (si non expresse) colligatur ex eorum depositionibus, quod memoriam tot annorum habere possunt, cū memoria probatur ab vno teste credito per multos, qui deponunt super memoriā, ita memorabiliter scriptum reperitur apud Ansald. *de iurid. par 2. tit. 9. cap. 5. num. 70. & seq.* eo magis; quod qui dicunt sic vidisse practicari, & à maioribus audivisse, & sunt tot annorum, quod memoria 40. annorum habere possunt per necessarium consequēs, aut antecedēs dicunt, quod ipsi ita semper practicari viderunt, & quod de 40. annorum memoriam habent vnde etiam immemorialis consuetudo à Civitate probata esse dici potest cum requisitis necessarijs, vt memorabiliter dixit in proposito Fontanell. *decis.* 586. *n.* 18. 19. *&* 20. & per totam omnino videndus, aut adminus centenaria, aut antiquissima; & quælibet ex his de per se sola sufficit in casu nostro (ex supra traditis) cum negari non potest, quod quasi omnes Testes deponunt de vsu populi, temporis diuturnitate, & actuum frequentia, cum dicant aliqui sic communiter ab omnibus in Civitatem observatū extitisse per spatium plusquā centum annorū, & alij quod sic à maioribus practicatū semper fuisse audiverunt; & ad probandum consuetudinem bina acta sufficiunt, iuxta tradita per d. Peña *in decis.* 265. *num.* 6. & per Anibal. Troisium *in exposit. ritus Magnæ Regiæ Curiæ, qui est in calce tractat.* Caravitę *ad d. ritum in Rit.* 128. *nu.* 9. In casu verò nostro de duobus, & pluribus actibus deponūt Testes; nempé, quod fuit consuetum à Civitate apprendere vinum Ecclesiasticorum, & carcerare laicos qui illud ducebant, & alia facere, sicuti dicunt Ioan. Sauret. ætatis suæ 76. annorum *in fol.* 133. *atergo.* Nobilis vtriusq. Iuris Doctor Don Frāciscus de Corco, & Perpignan ętatis suæ annorū 73. *in fol.* 131. *atergo, & in fol.* 127. Hieronyma Bruna vidua quondā Blasij, qui omnes deponūt, quod

cum

cũ Presbiter,(vt vulgo appellabatur) Mosẽ Brú, Canonicus Ioseph Batte-ra, & alij in Civitatem duo salma vini extranei, & (vt vulgo dicitur) vna carretada de vi inferre voluissent, Civitas processit modo prædicto, & sic testes cũ omnibus prædictis qualitatibus requisitis deponunt, qua propter benè probant dictam consuetudinem.

177 Nec obstat dicere quod tanquam contrarij inter se fidem non me-rentur, ex eo quia (post quam prædicta deposuerunt) dict. Dõ Franciscus Corco dicit, quod inter Clericos, & Ciuitatem fuit, deventũ ad conven-tionem, seu transactionẽ, & ideo executio fuit suspensa, Hieronima Bru-na, quod nescit quomodo res concordata fuit, & Ioannes Sauret, quod fusta incisa fuerunt, ex quibus colligitur contrarietas obstativa in testibus; Cum dicere, quod non fuit deventum ad executionem, & dicere, quod fusta fuerunt incisa (quod est exequi) de directo est contrarium; quia res-pondetur, quod dicti testes non solum non sunt contrarij, imò conformes, & bené intentionem Civitatis probant, cum certum sit in facto, quod per privilegium disponitur, quod possit Civitas conducentem absque licentia vinum extraneum in ipsa ad eius amissionem condemnare, nec non il-lud Cõvẽtui divi Frãcisci, ac Hospitali distribuere, fusta frãgere, ac incide-re, & sic incisa in portico Ecclesiæ Sancti Salvatoris ponere, ac etiam pœnã, (vt vulgo dicitur de cinquanta maravedins por carrega de vi) à portatorẽ illius exigere) quibus premissis pro incontrovertibilibus in facto clarè res-pònsio ad dictam obiectionem colligitur; nempe, quod testes non sint cõ-trarij, & quod bené ex depositionibus eorum Civitatis intentio fundatur, ex eo quia bené potuit Civitas fusta incidere, cũ vinum ducebat carcera-re, illud apprendere, ac distribuere, & postea (prævia transactione, seu con-ventione) pœnam (vt vulgo dicitur de cinquãta maravedins por carrega de vi) non exequi, & hoc fuit illud, quod Don Franciscus voluit dicere, & de facto dixit, quia alio modo non esset conventio, & quod D. Franciscus prędictus de dicta pœna tãtum intellexit claré patet ex eo quia de carcera-tione, & incisione fustorum tãquam iam executioni mãdatis intelligi non poterat, & testium dicta non sunt cavillanda, sed coadiuvanda, & substinẽ-da pro viribus, ità pulchrè omnino vidẽdus Noguerol. *in allegat.* 29. *in nu.* 31. & ad comprobationẽ materiæ vide eundem *in num.* 23. *&* 26. ibidem.

178 Nec etiam obstat dicere, quod dicti testes non probant bené frequẽ-tiam actuum, & observantiam dictæ prohibitionis contra vinum Ecclesia-sticorum, imò contrarium; cum non dicunt, quod Civitas ad pœnam exe-quendam devenit, sed mediante conventione fuit composita, quia respõ-detur, quod benè Civitas omnia, quæ conducũt ad fundandam suam in-tentionem probavit, cum sufficiens est, quod vinum apprendidit, laicũ qui illud ducebat carceravit, fusta incisit cum quidquid postea evenit non ve-nit in consideratione cum Clerici de bono, & æquò convenerunt cum il-la, qua de causa non devenit Civitas ad pœnam exequendam sicuti ipsi-met Testes dicunt; nec propter hoc sibi vllum præiudicium intulit, nec potest dici, quod consuetudo benè probata non fuit cum dicit Peña *in d. decis.* 147. *in num.* 8. ibi, *& propterea non est ab his recedendum, præsertim cum nihil relevans ex adverso proponeretur, quod in contrariam senten-*

sententiam ire suaderet, nam tres particulares actus, à quibusdam testibus relati super quibus dicebatur inita concordia, non tollebāt præcisam consuetudinem concludenter probatam, tum quia quilibet iuri suo potest renuntiare l. penult. C. de pact.

179 Nec subsistit adversariorum illa obiectio, quod isti testes de Civitate sunt, ideo non integra fides eis adiberi potest, cum (præter quam diximus supra in *nu.*43.) respōdeo cū cit. Peña *in decis.*265. *in una Burgensis de subarzo* 4. *Decembris* 1592. *decis.*265. *sub num.*3. *vers. quibus accedat*; ibi, *quibus accedat testium qualitas nam cum essent grandævi, & incolæ oppidi de Subarzo, qui plenam notitiam de ea re habere potuerunt, ac eā habuisse, certum erat &c.*; & Angel. *in §. non scripto num.*19. *institut. de iure nat. gent. & civil.* & Salicet. *in l. de quibus ff. de legibus* 15. *quæst.* dicunt, quod consuetudo per duos Testes probatur, & citat. Peña *in d. decis.*265. *n.*5. affirmat quod ad probationē cōsuetudinis interpetrativæ (sicuti est ista nostra quæ interpetratur an Ecclesiastici comprehēdantur sub dicta prohibitione, & si iste casus noster est prohibitus aut licitus) sufficit si probetur aliquādo fuisse servatū; ex solo tacito consensu vtentium, & *in decis.*147. *n.*4. dicit (quod pulchré etiam affirmat Castig. *decis. Sicil.* 51. *num.*6 & 7.) quod testes deponentes de frequentia plurium actuum respectu vnius, & eiusdem consuetudinis eam legitimè probant, & *in num.* 5. & 6. *ibidem* subiungit, quod etiam singulares testes consuetudinem probant, ex quibus omnibus patet, quod benè recteque fuit consuetudo prædicta probata, & dicit Vermigl. *in cit. cons. crim.*40. *d. num.*2. & 3. Ibi, *eoque magis, quod testes probant etiam ab antiquissimo tempore certitudinaliter respectu eorum recordatus, & de auditu à senioribus etiam ex publica voce, & fama semper statutum fuisse in viridi observantia, nam propterea illa stante cum lapsu antiquissimi temporis præsumitur etiam statutum authoritate Apostolica confirmatum, vt per* Serafin. *in decis.*536. *nu.*5. sicuti omnia supradicta confirmando in fortioribus terminis scripsit Xamar. *de offic. Iudic. & Advocat. quæst.* 3. *num.* 16. & *seqq.* & *quæst.*15. *nu.* 78. & 79 *par.*1. & meliùs in *q.*6. *num.* 56. & *quæst.*7. *nu.*35. *cum pluribus seqq. par.* 2. Fontanell. *de pact. nupt tom.*1. *claus.*1. *à num.*35. *vsquè ad* 49. & *claus.* 3. *nu.* 26. & *seqq.* qui sunt omnino in proposito videndi, & sic ex prædictis benè fuit probatū, quod aut consuetudo immemorialis, aut antiquissima, aut adminus cētenaria in Civitate adest, quæ tanquam mixta laicorum, & Ecclesiasticorum omnes ligat, Bald. *in cap. cum venissent de eo, qui mitt. in possessione causæ rei servandæ*, Alexand. *cons.*210. *consideratis in princ. lib.*2. cum ista maximā vim habet etiam in Ecclesiasticis personis Sessé *in decis.* 213. *num.* 115. & *de inhibit.* §. *cap.* 8. *num.* 133. & melius Cumia *super rit. Magnæ Regiæ Curiæ Regni Siciliæ in d cap.*40. *fol. mihi* 224. *num.* 221. & *seqq.*

180 Obijcies Secundò, quod ab adversarijs fuit probatum, quod prævia licentia arrendatariorum gabellæ vini, & Illustrium Consiliariorum Civitatis, (seu vt vulgo dicitur Pahers) non obstāte prohibitione prædicta Ecclesiastici omnes vinum exterum in Civitatem introducere possunt; ergo ipsi sub dicta prohibitione, & consuetudine nunquam fuerunt comprehensi.

181 Respondetur Primò, retorquendo argumentum; nempè, quod ex eo

quia

quia prohibitio prædicta,& consuetudo ipsos comprehendit consueti sunt licentiam prædictã petere,& si aliquando absquè illa vinum extraneum in Civitatem inferre voluerunt, fuit vinum à Civitate apprensum, & alia facta,sicut supradiximus;& hoc est consuetum semper fieri, (sicuti, & Civitas,& adversarij metipsi probaverunt), sed in casu nostro Canonicus prædictus licentiam non petijt contra inveteratam consuetudinem petendi eam; ergo bené Civitas processit;& rectè consuetudo in favorẽ ipsius probata fuit,nec ista antiquissima consuetudo licentiam petendi(de qua non controvertunt adversarij cum ipsimet probaverunt articulaveruntq.)tendit contra Ecclesiasticam immunitatem, sed tantum ad fraudes evitãdas (sicuti supra diximus,& infra dicemus), & sic saltem Civitas cum iusto titulo, & bona fide manet in ista pacifica quasi possessione de vino in commissum condemnãdo, & alia faciendo contra Ecclesiasticos,qui licentiam non petierunt.

182 Respondetur Secundò, quod tantum probaverunt contrarij, quod (prævia licentia prædicta) extraneũ vinũ sunt cõsueti introducere;ex quo non resultat,quod sub prohibitione,& consuetudine non sint comprehẽsi, imò contrarium; Cum inducere cum licentia est dicere, quòd solum permissum eis est vinum forense inferre in quantum Civitas permittit, & sic quando ipsa voluit, & placuit est eis licitum,& quando non secus; Et voluntas limitata vltra terminos limitationis non extẽditur. Dec. *respons.* 133. *num.* 17. *lib.* 3. cum voluntas, quæ deducitur ex actu non extenditur vltra quam ex illo actu de necessitate inferatur, Surd. *decis.* 267. *num.* 5; Cum non fuit probatum per adversarios, quod petita licentia, & eis denegata, illud absquè ea introduxerunt; Quapropter merito bené dicta consuetudo ipsos comprehendit, & prædicta prohibitio eos ligat, cum sine licentia nũquam fuit consuetum in Civitatem vinum forense absquè incursu pœnæ inferre,sicuti Civitas plené probavit.

183 Obijcies Tertiò, quod consuetudo ad hoc vt valeat,debet apparere fuisse incontradictorio iudicio disputata.

184 Respondetur, quod vera opinio est contraria; nempé, quod non oportet vt sit in cõtradictorio iudicio disputata,ita pulcherrimè probat Ludovic. *decis.* 62. *par.* 2. *per tot.* vbi dicit multa scitu digna ad materiam consuetudinis.

185 Obiectio vltima cõtra dictam cõsuetudinem, & est miscellania obiectionũ;nẽpe quod multas,& diversas obiectiones ad eũdem finẽ tendentes continet sic proponi potest; Primò quia cũ immunitas Ecclesiastica sit de iure divino,tum ex parte obiecti, tũ ex parte subiecti, immemorabilis, cẽtenaria,vel antiquissima valere nõ potest; Secũdò,quod immemorabilis, cẽtenaria,seu antiquissima consuetudo, aut præscriptio ius capacibus dare potest, nõ autẽ incapacibus capacitatẽ tribuere; Tertiò,quod quãdo à iure scripto consuetudo improbatur,tunc nec vim tituli,nec privilegij habere potest; Quartò,quod tacitus cõsensus Pontificis excluditur; Quintò,quod hodie ex bulla cenæ Domini omnes cõsuetudines contra immunitatem Ecclesiæ abrogantur; Sextò improbata cõsuetudo non est nisi corruptela, & frequẽtia peccandi,& peccatum nõ excusatur propter frequẽtiam præcedentiũ

& commoda à nobis in supradictis *n.92. & seqq.* Tamen non possum desinere dicere, quod commoda magna sunt, & dicta prohibitio non tendit ad vbertatem Civitati tollẽdam, imò ad eam ampliandam; cum in nostris temporibus, ac etiam in antiquis (iuxta vulgare illud adagium) omnia per pecuniã facta sunt, & sine ipsa nihil; meritò ista primus hominum sanguis appellatur, & sic quid prodesset, quod vinum forense meliori pretio valeret, si cives nummis carerent ad effectum illud emendi, & per consequens omnia alia faciendi; Quapropter meritò Civitas per dictam prohibitionẽ cum magna prudentia, & economica prohibet lucrum, & acquisitionem extraneis nõ conferri, sed primariè (iuxta illud iuridicum præceptum *à l. præses de servitutibus, & aqua* desumptũ) civibus suis, & hoc certũ est, quod publicam vtilitatem respicit, vt cives locupletiores remaneant, ità pulchrè Vermiglol. *in consi. cri min.* 361. *nam.* 4. dixit, ex quibus satis claré patet responsio ad obiectionem prædictam.

OBIECTIONES CONTRA SECVNDAM PARTEM ARTICVLI Tertij.

192 OBIICIES Primò, quod, & si Ecclesiastici sub dicto privilegio, statuto, seu prohibitione laicorũ cõprehẽdantur, attamẽ executio pœnæ est à iudice Ecclesiastico facienda; Vnde merito cum Civitas ad eam devenit, vinum distribuendo, fusta, aut vasa incidendo, seu comminuendo, & alia faciẽdo tanquã vsurpatrix Ecclesiasticæ Iurisdictionis, & perturbatrix ipsius libertatẽ Ecclesiasticam læsit; & sic in censuras, & alias pœnas à sacris Canonibus, & in bulla cœnæ Domini impositas incidit; Quapropter cognitio causæ ad Episcopũ Civitatis Vrgellensis spectat, ex quibus contentio hæc ad favorem dictæ Ecclesiasticæ Curiæ declarari debet.

193 Respondetur Primò, non esse verùm quod ad Ecclesiasticum Iudicem executio in casu nostro spectat, cũ quando lex comprehendit, & ligat Ecclesiasticos ex vi coactiva, & ex vi legis (quidquid sit quando ex vi directiva, & rationis naturalis obligat,) tunc executio à d. iudicẽ sęcularẽ pertinet ità (præter citatos in *n.* 109. *& seqq.*) probatur in hoc Principatu ex constitutione sexta *tit. de Cequias y Rechs:* Ibi. *Pugan, è los sie licit, è permes taxar per vessana, ò jornal de terra, ço es de les terres que pendran à exaves deaquelles, tieres ò rechs, ò traheenss à conegu da dels Prohomens, y experts, los quals puguen taxar aici les terres dels Ecclesiastichs, y Militars, com dels plebeios, y quels pugan executar per llur Iutge ordinari.* Et in Regnis Castellæ *ex l.* 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopilat*; Ex quibus evidenter cognoscitur, quod possũt Ecclesiastici cogi ad aliquid observãdum, solvendum, &c. dũmodò executio in bonis, ac in personis ipsorũ nõ fiat, ità Azeved. *l.* 11. *tit.* 3. *n.* 5. *recopilat. & ind. l.* 12. *n.* 1. Avendañ. 2. *par. capi. prætor. cap.* 14. *n.* 3. Bald. *in authẽ. sed & periculum fin. C. sin. cens.* Gugl. de Bened. *in cap. Rainutius de testam. verbo domum num.* 17. *&* 18. Mexia *prag.* 13. *conclus.* 5. *nu.* 70. & ex multis pulcherrimè tenet Marinus *ad decis.* Revert. 222. *sub n.* 1. & pro indubitato dixerũt quãdo executio fit in bonis, Ramir. *in tract. de lege Regia* §. 27. *num.* 12. *in lit. F,* vbi plures citat, & Salgad. *de potest. Reg par.* 2. *cap.* 14. *n.* 100. *tom.* 2. Angel. *in lege quoties in fine C. de iudic.* Federic. de Sen. *cons.* 88. Marc. *decis.*

*decis.*115.*n.*1.*par.*1. Et Clericus negotiator coram iudice mercatorum cõveniri potest;Capic.Latro.*consultat.*101.*num.*9. & pulchré *per tot. consultat.* & cit.Gugliel. de Bened. *in d. capi. Rainutius in vers. vxorem nomine Adelasiam decis.* 2.*num.* 138. quem allegat Camillus Salernitan. *in prohem. consuetudin.* ad quod allegat etiam Add. ad Iacob. de Bottis *ad Regni constitution.* vbi in fortioribus terminis dicit,quod iudex laicus potest cogere Episcopum ad Ecclesiam reparandam: Sed in casu nostro executio non fuit facta in persona Clerici, nec in bonis; sed tantum quo ad vinum apprensum;& ex dictis præsumebatur,quod Canonicus prædictus nõ pro suo vsu, sed ad minus animo negotiandi dictũ vinum in Civitatem inferebat;quapropter meritò benè potuit Civitas executionem facere,quia ad eam pertinebat,(pro vt ex omnibus supra adductis patet), & non ad Iudicem Ecclesiasticum,vt decisum testatur Ferrer *in 3.part. observat. cap.* 220. quem sequitur Ripoll.*cap.*11.*num.*505.*&* Cancer.*tom.*3. *cap.* 8. *num.* 110; & sic in nullam pœnam,nec in aliquam cẽsuram incurrit; & DD.omnes,qui dicũt executionem á Iudice Ecclesiastico esse faciendã in casu,quo á lege laicorum Ecclesiastici ligantur,vel loquuntur contra cõmunem,vel tanquã generaliter loquẽtes intelligi debent cum grano salis,& cum distinctionibus, & in casibus à cit. Menoch. *in d. cons.* 880. *à num.*50. *vsquè ad* 56. traditis,& ab alijs DD. supra citatis; nempé, quando executio fieret aut in persona, aut ad summum in bonis Ecclesiasticorum; sed nullo pacto quando supra rem in commissum apprensam, & contra prohibitionem ductam.

194 Respondetur Secũdò, quod dicta obiectio tunc potuisset procedere (quod negatur)quãdo vinum invẽtum fuisset apud Canonicũ prædictum, & quando ipse illud duxisset;secus veró quando pœnes laicum repertum fuisset (sicuti in casu nostro) provt *in num.*20.*&* *in nu.*109. *& seqq.* probavimus tanto fortius,quod laicus,qui vinum ducebat nõ erat familiaris, vel persona,quæ faciebat particularem artem portandi puta vinum frumentũ, &c. sed cõductor, portator,seu mandatarius, quo stante probavimus *in nu.* 18. 31. *&* 32. *&* 111. quod bené potest contra istos Iudex secularis agere, & dicit Tuscus *conclus.* 182. *in lit. S. num.*23. Ibi. *Tamen ligat laicum contravenientem ; & recipientem mercedem à Clerico,vt vinum forense conducat ;* eo magis,quod in tota prima parte istius allegationis,& in alijs locis fundavimus,Canonicum prædictum, nec tempore executionis,nec nũc probatum habuisse vinum suum esse; nec obstat dicere,quod hoc probavit,quia Iacobus Corral testis á Civitate productus dicit in sua depositione,quod apprendidit salmam vnam vini Canonici de Esteve de ordine, & mandato Illustrium Consiliariorum,(seu vt vulgo dicitur Pahers)Civitatis prædictæ, & sic ex dicta depositione dicti testis duo colliguntur; nempé, vinum esse Canonici prædicti ac Civitati hoc cõstare quia (præter quos adduxi *in nu.* 37. *& seqq.*) dico, quod ex depositione Iacobi Corral nullum ex supradictis colligi potest ad quod probandum, & claré ostendendum præmitto, quod testes omnes adversariorum, qui supra hoc factum deponunt,dicũt, quod in ianua Civitatis quando Iacobus Corral apprendidit vinum prædictum,dixit ei dictus Canonicus, quod suum vinum erat,ideò relinqueret illud;& dictus Corral respondidit, quod hoc facere non poterat, quia in commissis à Civitate habebat, omne vinum (etiam si Ecclesiasticorum, vel

cedentium, sed augetur potius; Septimó, quod gravãtes Clericos, & eorũ bona sunt in mala fide, & cum ista nunquam præscribitur; Octavò quia Ecclesiastici, seu Prælati inferiores à Papa, nec per pactum expressum, nec per modum concordiæ possunt absquè expresso cõsensu ipsius in aliqua parte Ecclesiasticæ immunitati præiudicare. Hæc omnia, & multa alia adversus consuetudinem prædictam cõcernit, Alex. Sperell. *decis.* 37. *Confugiebant deniquè eiusdem domini Principis per totam*, & Rub. *in* 9. *par. decis. recentior. tom.* 2. *in decis.* 402. *per totam*, & quam multi alij Ecclesiastici DD.

186 Respondent pro me ad dictam obiectionem Anzald. *in tractat. de iurisdictione in part.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. *per totum* vbi sigillatim ad omnia prædicta respõsum dat, & inspecie dictũ Sperell. reprobat omnino videndus; Salgad. *de Reg. protection. in part.* 1. *prælud. in* 2. 3. 4. *&* 5. *à num.* 128. *& per tot.* Sesè *de inhibitionib. cap.* 8. §3. *per totum* Cutell. *de immunitate Ecclesiast. lib.* 2. *quæst.* 4. *&* 97. *per tot.* omnes siné desidia legendi, ad quos me remitto; cũ ex infinitis doctrinis, & rationibus fundant opinionẽ pro consuetudine, & ad contrariorum doctrinas, & argumenta respondent, & ibi ad satietatem materia tractatur, & disceptatur. Tanto fortius quo Ecclesiastici nihil contra consuetudinem probaverunt; sed solum data pro verá dicta cõsuetudine in voce dicunt quod tanquam Ecclesiastici, & exempti inferre possunt vinum forense, in civitatem, his omnibus non obstantibus.

OBIECTIONES CONTRA PRIMAM PARTEM TERTII Articuli.

187 OBIICIES Primò, quod prohibitio prædicta publicam vtilitatem non concernit, nec cõmodum omnium Civium Ecclesiasticorum, & laicorum Civitatis Balagarij, sed tantum eorum, qui vineas, & prædia in territorio habẽt, vnde meritó tanquam non concernens favorem publicum, nec particularem omnium Ecclesiasticorum, ipsos comprehendere potest; cum tantum, istis concurrentibus, possunt sub statuto laicorũ cõprehendi.

188 Respondetur Primò, quod ad istam obiectionem specificè cum Cutello responsum dedimus *supra num.* 92. *& seqq.* & tamen dicimus quod in casu nostro Civitas probavit, quod dicta prohibitio tendit ad bonum publicum omnium Civium, & quod si vinum extraneum in Civitatem introduci posset; hoc esset multum præiudiciale, & in gravé damnum totius Civitatis, & quod ad cõservationẽ ipsius prohibitio ipsa tẽdit pro vt testes super articulũ 14. deponẽtes plenè probant, & Ecclesiastici nõ solum nihil probaverunt cõtra imò nec articulaverunt; & sic dicta obiectio est insubsistens; aerea, & in voce tantum fundata; tamen ueritas est in contrarium cum (sicuti dictum est) totum oppositum Civitas probavit, & Iudex secundum allegata, & probata iudicare debet, vulgatis iuribus, & non secundum dicta partium, tanto fortius quod res ita se habet, & in dubio (ex supra traditis *in num.* 92.) ita præsumendum est.

189 Respondetur Secundò, quod dicta obiectio locũ nõ obtinet in casu nostro, cum testes producti à Civitate plenè probant super articulum 17. Civitatis, quod omnes Ecclesiastici vinum habent, ex quo certum est,

quod

quod dicta prohibitio ad eorum vtilitatem tendit(quod solum est præsentis inspectionis) cum ex illa vinum eorum maiori prætio vendant, seu arrendant, (sicuti sepiùs diximus , & probavimus) & quod habent vinum, etiam aliũde oculariter patet , quia de toto vino in territorio producto illi primitias,ac decimas tenent ; & sic dicta prohibitio (tãquam ad eorum vtilitatem tendens) eos comprehendit; Nec obstat dicere , quod ex eo quia publicum bonum omnium laicorum non respicit , eos non ligat cum ista est exceptio, quæ ad laicos , & non ad ipsos spectat, & sic est de iure tertij, quæ non admittitur *vulgata l. loci corpus §. competit* vbi Bartol. *& l. si servi vindice cum similibus* ; & probat Dueñas ex multis *in verb. exceptio de jure tertij in Axiomat. juris* ; eo magis quod omnes laici , & tota Civitas confitentur ità esse, & quod omnibus prodest , & beneficium affert, præter quod,(sicuti diximus supra in *num.* 57. & in alijs locis)tunc dicitur aliqua lex ad publicam vtilitatem tendere, quando omnes vti vniversi, & non vti singuli respicit; Sed in casu nostro,vel omnes Cives Balagarij , vel paucis exceptis de dicto beneficio privilegij , ac prohibitionis gaudent, (sicuti patet ex rationibus *in d. num.* 92. *& seqq.* adductis) & certum est, quod si dictum privilegium publicum bonum non respiceret,vtique non esset privilegium,nec Civitas prædicta illud petijsset , nec pro spatio tanti temporis esset in viridi observantia , nec non cum ob istam causam congregatum fuit publicum consilium , omnes vnanimiter convenerunt ; ac determinaverunt , quod pro manutentione privilegij prædicti quidquid pro impensis litium necessarium esset de communi expenderetur , sicuti meliùs ex processu constat , & cognosci potest ; Ex quibus omnibus evidenter colligitur, responsio ad objectionem prædictam ; nempè, quod dicta prohibitio tanquam concernens ad publicum bonum omnium Civium Balagarij, & propriam vtilitatem Ecclesiasticorum Civitatis prædictæ (quod solum sufficit) ipsos comprendit, & ad observantiam ipsius ligat, sicuti pulchrè in ferè nostris terminis dixerunt Anton. *var. resolut. lib. 1. resolut.65*. Lopez ad Diaz *in pract. crimin. Canon. cap.58. vers. sed vt libere*, Covar. *in capit. possessor §. 4. part. 2. num. 2. de regul. iuris.*

190 Objicies Secundò , quod si dicta prohibitio tenderet ad hoc, vt nè bona recollecta in territorio extra illud extrahãtur,vtique posset Ecclesiasticos comprehendere , quia ad conservationem fertilitatis , ac vbertatis ipsius Civitatis respiceret , & omnium Civium commodum; Secus verò præsens prohibitio, quæ ad contrarium tendit; nempè , quod abbundantia in Civitate non introducatur, & sic potiùs monopolium, quam privilegium publicum appellari potest.

191 Respondetur Primò, quod ex præcedentibus dictis,& ex alijs in ista allegatione dicendis colligi potest responsio ad istam objectionem tamen *in d. num.* 92. magis specificè respondetur ex eo quia substantia, & principalis finis prohibitionis prædictæ considerari debet, & non id quod superficialiter,& per accidens venit,& sic debet attendi quod cõmoda,& beneficia per dictã prohibitionẽ Civitas,& Cives habent,& quot damna, & incommoda patiuntur, quia si multò maiùs beneficiũ sit, & commoditas,quã incommoditas: benè dicendum est,quod dicta prohibitio commodũ omnium civium Balagarij respicit; Incomodum iam ab adversarijs fuit dictũ,

& com-

vel aliarum personarum esset) in domum Civitatis adducere; Et etiam præmitto, quod Civitas in suo primo articulo (super quo dictus Corral dicta verba respondit) dicit, quod cum volebat Canonicus de Esteve vnam salmam vini extranei in Civitatem inferre, sub prætextu, quod pro suo vsu inserviebat absquè quo prius petitio consuetę licentiæ præcessisset; Quapropter custos prædictus dictam salmam vini in domum Civitatis conduxit, & Civitas ad dictam executionem devenit, (vt vulgo dicitur) ab promenia; His præmissis prò cōstanti in facto clara responsio ad obiectionem prædictam colligitur; ex eo quia dupliciter dictum Iacobi Corral cōsiderari potest, & ex iure debet, quia cum deponat absqué causa scientiæ, & sine ratione dicti sui, nec dicat quomodò scit vinū prædictum esse Canonici, nec quomodò mandatum à Civitate datum ei fuit; nempé, generale de omni vino extraneo in domum Civitatis ducendo, etiam si Ecclesiasticorum esset; & sic sub dicta generali, seu indefinita locutione etiā dictum vinum prætensum esse Canonici de Esteve comprehēdebatur; aut verò specialiter, & nominatim à Civitate in mandatis habuit salmam vini prædicti Canonici apprendere, & in Civitatem adducere, & sic depositio dicti Iacobi quo ad hanc partem incerta, obscuraquè est; & meritó (sicuti ėst dictum) declarari ac intelligi debet, vel secundum probata ab adversarijs metipsis, aut secundum articulata à Civitate, sicuti supra ex Noguerol. diximus, & tenet Felin. *in capit. auditis de præscriptionibus n 44. col. 21. illius numeri* & non minus pulchré infertur à contrario sensu ex traditis per Velasc. *consultat.* 43. *nu.* 21. *&* 22. & Gamma *decis.* 205. *dubitatum fuit*, & ibi Addit. *ad. decis.* 251., *ad finem*: si secundum articulata à Civitate nec vnum, nec aliud ex duobus supradictis colligitur, pro vt patet ex lectura dicti articuli; nempé, quo ad primum Civitas articulavit, quod Canonicus volebat vinum forense inferre cū prętextu, quod erat suum; & sic ipsa ità esse negat; Et quo ad secundum, quod custos vinum apprendidit, quia Canonicus prædictus, nec qui cum ducebat consuetam licentiam ostenderunt. Quapropter meritò illud in Civitatem duxit, à qua generale mādatum habebat, omne forense vinum, quod sinè consueta licentia introiret, in ipsius domum adducere ad finem cognoscendi cuius erat, & ad quarū personarum vsum inserviebat, & quomodo, & ex qua causa absqué licentia in Civitatem illud inferebatur. Aut secundum probationem partis adversę, (quod negatur,) & in isto casu Iacobus prædictus præsumitur deponere, & scire dictum factū cū illa sciētia, quā testes contrarij ipsum habere dicunt; nempè, scivisse vinum esse Canonici, quia iste sic in ianua Civitatis in voce ei dixit, & quod dictus custos respondit, in mandatis à Civitate habere, omne vinum forense, quod introiret, (etiam si Ecclesiasticorum esset) in ipsius domum adducere debuisse; & sic generaliter, & non specificè ac nominatim de ducēdo vino Canonici prædicti à Civitate mandatum habebat; ex quibus omnibus tam ex vno capite, quam ex alio ex depositione Iacobi Corral, nec sciētia in Civitate adfuisse, nec vinum Canonici prædicti esse minimè colligitur.

195. Nec obstat dicere, quod negari non potest per adversarios plene saltem probatum extitisse, Canonicum prędictum in ianua Civitatis custodi

 noti-

notitiam dedisse, quod vinum forense, quod ducebat Michael Rogerius, suum erat ac pro suo proprio vsu inserviebat, ideó illud apprendere non auderet,& hoc tantum sufficit;cum Ecclesiastici solum obligati sunt,& tenentur,si aliquid pro eorum vsu extrahere, vel inducere velint, illud officialibus ostendere; & si contentio aliqua inter eos oriretur, nempè, quod voluissent credere esse,vel non esse Clerici,tunc ad iuramentum præstandũ coram suo Iudice Ecclesiastico solùm, & nõ ad aliud iste obligatur; Sed sic est,quod Canonicus prædictus dixit custodi vinum suum esse,& (si necesse fuisset) erat promptus,& paratus iuramentũ præstare, si fuisset á suo Iudice requisitus; Ergo malé Civitas processit, & sic dicta obiectio principalis locum in nostro casu habet.

196 Ad dictam subobiectionem respondetur cum supradictis à me in *n.* 70. *& seqq.& 80. & seqq.* & ex infradicendis quando ad doctrinam *decis.* 402.Rub. *in tom. 2. part. 9. Recentior.* responsum dabo, cum tota obiectio prædicta à cit. doctrina desumitur;& melius,in proxima sequẽti tertia responsione,& in fine huius allegationis.

197 Respondetur Tertiò,quod etiam si Canonicus prædictus dictum vinum suum esse probavisset, nullo modo contentio ad sui favorem declarari posset,non obstante, quod Civitas ad dictam distributionem vini, & alia faciendo devenit; ex eo quia tota vis huius causæ consistit, si Civitas ex dicto modo procedendi immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam læsit, & si iurisdictionem habebat ad prædictam executionem faciendam, ac si in aliquam pœnam, vel censurã incurrit;& non si vinũ Canonici esset nec né, quia vtiquè non obstante, quod vinum Canonici fuisset, si ex aliqua iusta, & probabili causa potuit Civitas ad faciendum, quod fecit absqué vsurpatione, turbationequæ Ecclesiasticæ iurisdictionis, violatione libertatis ipsius, & incursu censurarũ devenire; tunc malè firmatam ab adversarijs hanc contentionem fuisse, dicendum erit; Quapropter meritò totum fundamentum contẽtionis est, si in casu nostro concreto benè, aut malè Civitas processit, & si quod fecit potuit facere, aut non, ac si ex dictis Ecclesiastica libertas læsa fuit, cum si aut iuridicé Civitas processit, aut libertas Ecclesiastica, & sua iurisdictio violatę non essent, aut in nullam pœnam, censuramqué Civitas prædicta incidisset; certum est, quod ad favorem ipsius contentio declaranda esset, etiam si vinum esse Canonici de Esteve probatum fuisset; Sed Civitas in casu nostro in nullam censuram, ac pœnam incidit, nec non iuridicè processit; ergo &c; cum in isto nostro casu contentio à Curia Ecclesiastica firmata non fuit, quia ad ipsam spectat dictam pœnam exequi, cum res non sit integra, quia iam Civitas vinum distribuit,& alia fecit; sed tantum fuit contentio firmata ad cognoscendum vtrum si ista tanquam vsurpatrix iurisdictionis Ecclesiasticæ, & perturbatrix immunitatis ipsius dictam executionem faciendo malé processit, & per consequens in censuras incidit, (vt constat ex articulo 9, & alijs adversariorum) ex eo quia ad Curiam Ecclesiasticam de dicta causa cognocere pertinebat; an veró benè Civitas ad dicta exequendo devenit, cum solum prædictorum cognitio ad ipsam,& non ad alium spectabat.

198 Ad quod clarissimè demonstrandum ex pluribus medijs omnibus à processu desumptis devenio; Igitur præmitto primò, quod nulla sciẽtia proba-

probata fuit ab adversarijs in Civitate adfuisse, quod dictũ vinum Canonici prædicti erat, sed tantum, quod dictus Canonicus verbaliter custodi suum esse dixit; quo stante tãquam ignorans Civitas in nullam censuram, pœnamqué incidit, cum regulariter ignorans puniri non debet *l. fin ff. de decret. ob ord. faciend.* Cravet. *cons. 6. num.* 73. & regula est solam scientiam, & nõ ignorantiam debere puniri *l. generali C. de tabular. lib.* 10. Alba *cons. 3. col. 6. in princ. vers. non enim lib.* 3. ignorantia enim semper præsumitur, nisi scientia probetur *cap. præsumitur de regul. iur. in 6. l. finali ff. pro suo l. verius. ff. de probation.* Cald. *cons.* 84. *num.* 2. *vers. circa* 2. *alias* 4. *de officio de legat. & cons.* 366. *in fine, aliàs* 37. *de testament.* Roman. *cons.* 273. *clarum est num.* 2; & delictum ignoranti adscribi non debet, quia ab animo dependet, & vbi scientia non adest, ibi animus esse non potest; igitur delictum ab ignorantia escusatur, pulchrè Lap. *in allegat.* 90. *in Dei nomine num.* 2. *& per tot.* cit. Roman. *cons.* 70. *per tot.* omnino vidẽdi quia pulchré ad materiam dicunt; certum etiam in iure est, quod ignorãs in excõmunicationem, vel in aliam censuram incidere nõ potest, vt expressè probatur *in capi. vt animarum* 2. *de constitut. lib.* 6. Del Bené *de immunit. Ecclesiast. tom.* 2. *dubitat* 4. *sextion.* 17. *cap.* 2. *á nu.* 1. Portell. *in addit. ad dubia regul. vers. ignorantia n.* 25. Sanchez. *de matrim. lib.* 9. *tom.* 3. *disputat.* 32. *nu.* 31; Et hoc nõ solum in invincibili ignorantia militare tenet Diana *in tom.* 2. *tract.* 6. *Miscellan. resolut* 41. *in vers. sed mihi contraria sententia* vsquè ad finem resolutionis prædictæ; sed etiã in vincibili; cũ de invincibili ignorãtia est cõmuniter cõclusio à Theologis, & Canonistis recepta; ergo meritò si probatũ nõ fuit, Civitatẽ scivisse vinũ esse Canonici prędicti, ab Illustrissimo Episcopo Vrgellẽsi nullo modo, nec excõmunicari, nec in alias cẽsuras cõdẽnari potest, nec etiam à dicto Domino Episcopo prætendi iurisdictionẽ ad ipsum spectãtẽ à Civitate vsurpatã fuisse; Tãto fortius, quod nulla monitio præcessit, ita Suarez *in par.* 3. Divi Thomæ *par.* 5. *disputat.* 4. *sect.* 8. *in n.* 4. *in fine* 6. *in medio* 8. 14. 15. *in fine num.* 17. *& in num.* 20. *dicit*; ibi. *Quartò principaliter addendum est in hoc dubiò ignorantiam, &c. ità excusare à censura, vt quamvìs actum sit contra ius Divinum, & naturale nihilhominus in censuram non incurrat*; *Ratio est, quia ille non est comtumax præceptu Ecclesiæ, cum illud invincibiliter ignoret; cessante autem contumacia respectu Ecclesiæ cessat etiam censura, quia est veluti fundamentum, & in eo genere adæquata causa eius; & propter quod etiam diximus aliquam monitionẽ præviam ab Ecclesia factam esse de substantia, seu essentia censuræ*, & in *nu.* 21. prosequit, *quod nulla monitio præcessit, ergo nõ incurrit in censuras*; & in *nu.* 23, Ibi. *Vltimo ex dictis in hoc dubio infero non tantum ignorantiam, sed omnem aliam causam, vel rationem excusantem à culpa mortali transgressionem etiam à censura ex illo principio, quod censura nunquam incurritur sine proportionata culpa*, & per totam sectionem nonam pulchré ad intentum dicit.

199 Nec me movet dicere, quod sufficit ad hoc, vt Civitas in cẽsuras incidisset, quod Canonicus prędictus suum custodi vinũ esse dixit; Et priusquam ad dictam subobiectionem ad respondendum deveniam, dico, quod (sicuti ex procesu constat) qui vinum ducebat erat Secularis, & ipse fuit, qui vinum in domo Civitatis exoneravit, sicuti ipsemet in sua depositione dicit; & etiam in facto certum est, quod Canonicus prædictus, nec in

scrip-

scriptis, nec in voce nullam Civitati notitiam dedit vinum suum esse, & nec etiam probavit, articulavitque, quod dictus custos scientiam Civitati vinum Canonici esse, dedit, imò nec hoc narratur, nec legitur, nec denunciatur in toto processu.

200 Etiam præmitto, quod nullo iure prohibitum reperitur (nec sub pœna peccati, nec excomunicationis) quod Iudex laicus, vel Civitas, seu alia persona secularis suam iurisdictionem in laicum, sibi subditum exercere non possit, nec propter hoc dici potest vsurpavisse iurisdictionem Ecclesiasticam, & præcisé quando nec in odium, neque in contemptum immunitatis libertatisque ipsius hæc fecit, sicuti, nec etiam si iurisdictionem exercuit in bonis, aut in personis Ecclesiasticis si notoriè, aut in promptu esse tales, non constabat (sicuti diximus supra *in num.* 20. *& seqq.*) cum Iudex Sæcularis cognoscens, seu carcerans aliquem bona fide nesciẽs Clericum esse, vsquequo ei talem esse certitudinaliter non constat in nullam censuram aliamque pœnam incidit ob carcerationem, detentionem, nec etiam ob condemnationem ipsius, vt pulchré dicit ad propositum nunquã satis laudatus Eruditissimus D. Michaël Cortiada *in decis.* 2. *part.* 1. *num.* 15. *& seqq.* & sic duo copulativè debent concurrere ad hoc, vt Civitas in aliquam censuram, vel pœnam potuisset incidere; nempè, quod vinum revera Canonici prædicti esset, & quod plena scientia de prædictis habuisset; (& hoc dato, & non concesso quod omnia supra dicta, & infra dicenda in favorem Civitatis locum non haberent) quia etiam si vinum dicti Canonici esset, & de isto facto Civitas plenam scientiam non haberet, vtique nec in censuras, nec in nullam aliam pœnam indiceret, ex eo quia in executione vini, nec excomunicatio, nec peccatum, seu aliqua alia pœna est annexa, nec vsurpatio iurisdictionis Ecclesiasticæ, neque læsio libertatis ipsius, & sic non in principali negotio, sed in qualitate manet excomunicatio, & peccatum annexum, & omnia alia; nempè, quãdo vinum est Ecclesiasticæ personæ, cum indubitati iuris sit, quod si vinum sæcularis esset, vel Civitas Canonici prædicti esse ignoraret, aut invincibiliter crederet illud laici esse nullo modo propter executionem, nec etiam in peccatum aut aliam pœnam incideret cum tenent omnes Canonistæ, & Theologi quod si pecatum, excomunicatio, seu pœna est annexa in sola qualitate, (sicuti in casu nostro) tunc ex ignorantia, nec in peccatum, nec in excomunicationem, aut aliam pœnam inciditur ita mirabiliter firmat Doctissimus Covarr. *in* §. 10. *num.* 7. *in meliùs num.* 15. *in versiculis* 7. 9. 11. *&* 13. *& per totum dictum* §. quem citat, & sequitur Cirat. del Bene *in tract. de immunitat. Ecclesiast. cap.* 2. *dub.* 4. *sect.* 17. *tom.* 1. *à num.* 1. *vsque ad* 8. & est conclusio satis certa.

201 Et sic ex dictis infertur, quod si Civitas scientiam non habuit vinum Canonici esse, etiam si suum fuisset, nullo pacto in censuras nec in vllam aliam pœnã incidit, nec immunitatẽ Ecclesiasticam læsit, neque etiam iurisdictionem ipsius turbavit, atque vsurpavit, & per consequens benè, iuridiceque processit; quapropter meritò contentio in favorem ipsius est decidenda cum (sicuti dictum est) super hoc firmata tantum fuit.

202 Quibus præmissis dico, quod ex tribus medijs possunt advetsarij præten-

prætendere sciētiam adesse in Civitate de facto prędicto sufficiētem, propter quam in censuras incidisset, & iure merito dici posset immunitatem Ecclesiasticam violatam fuisse ab ea, & cognitionem istius causæ, ad Curiam Episcopalem Civitatis Vrgellensis spectare, & pertinere: Primò, quia adebat publica vox, & fama, quod dictum vinũ Canonici prædicti erat, & nemo, quod omnibus notum est, nescire præsumitur, magis si illud perquirere teneretur. Secundò, quod Custos scientiam dictæ Civitati dedit, vel saltem dedisse præsumitur, quæ præsumptio ex eiusdem depositione non obscurè colligitur. Tertiò ad hoc vt in pœnam, vel censuras Civitas incurrat, custodis scientia (tanquam officialis, institutoris, seu procuratoris electi ab ipsa, & deputati ad vinum aprendendum) sufficiens est; Cum malè eligens semper est in culpa, & pro electo tenetur, saltem ad hoc vt Ecclesiasticam iurisdictionem vsurpavisse dicatur.

203 Vndè si evidenter ostendam, quod nullo modo adversariorum prætensio ex dictis sustineri, & adiuvari potest (meo iudicio) incontrovertibilis iustitia Civitatis remanebit; Qua propter meritò ad primum medium destruendum devenio. Igitur dico, quod scientia quæ requiritur ad inferendum alicui præiudiciũ (sicuti in casu nostro) illa debet esse certa iudicialis, & de omnibus qualitatibus, cum extraiudicialiter, & generaliter scire non sufficit: ita Tiraquel. *de retract. lignager* §.36. *glos.* 2. *per totã* & præcisè *in num.* 30. *cum seqq.* Is verò qui scientiam eorum, quæ de substantia sunt non habet, ignorare, non scire dicitur; *L. multum ff. de condition. & demonstration.* & qui genericè, dubiè, & incertè certioratus fuit, scire dici non potest, ideo scientia ista ad pœnam incurrendam non est sufficiẽs Tusch. *lit. S. conclus.* 66. *num.* 1.2.3. *& seqq.* & si fama inducit notitiam quoad multa, non tamen vt quis possit in persona puniri; quia requiritur probatio scientiæ veræ, ita Felin. qui plura congerit *in cap. cum contingat de rescriptis*, maximè circa finem; Sed in casu nostro non solum tractatur de puniendo in corpore, sed in anima, ergo &c. tanto fortius quod nullam famã fuisse in Civitate de isto facto probatum fuit, cum adversarij famam istam non probaverunt, & si conati fuerunt illam probare, tamen nulliter, & absquè necesarijs requisitis ad famam legitimé probandam testes ab eis producti deposuerunt (sicuti supra *in num.* 27. *& seq.* diximus) nec Civitas erat ex aliqua lege obligata ad perquirendum; cuius vinum erat, sed tantum quis erat, qui illud ducebat; & apud quẽ fuit apprensum, & an cum licentia, aut sine ea vinum introduceret, vnde meritó cũ qui illud apportavit, (& in domo Civitatis exoneravit) erat laicus, & nullam licentiam ostendit, nec habebat, iuridicé processit ad dictam executionem faciendam, nec de ignorantia crassa supina, & affectata redargui potest.

204 Ad Secundum respondeo, quod adversarij non probaverunt quod custos de facto prædicto scientiam Civitati dedit, & ex dictis scientia non præsumitur, & cum sit facti debet probari, imò cum esset de facto alieno semper ignorantia in Civitate præsumitur Socin. *regul.* 3. *ignorantia circa factum alienum semper præsumitur*, & ista præsumptio transfert onus plenè probandi scientiam, & non præsumptivè in adversarios, Gemin. *cons.* 66. *num.* 5. *vers. circa testium*, & sic præsumptio iuris cõtra adversarios adest,

& non

& non in favorem ipsorum, cum contrarium dispositum in casu nostro in iure non invenitur, & præsumptiones ab hominibus desumptæ non iuvant, sed debent esse legales, Roman. *cons.*403. *pro decis. num.* 16. *vers.* 3. *quia vbi Apostill. in vers. non probetur.* Et tamen dico, quod nec etiam præsumptivè scientiam probare sufficit, quando de gravi præiudicio agitur (pro vt in præsentiarum quod agitur de præiudicio non corporis, & bonorum, sed iurisdictionis, & animæ) Paris. *cons.* 23. *num. in lib.* 2. Pret. *cons.* 199. *num.* 36. Pat. *decis.* 147. *lib.* 1. *num.* 2. *& decis.* 77. *num.* 7. *lib.* 2. & Civitas etiam est prompta ad iurandum (si necessarium esset) quod nesciebat dictum vinum Canonici prædicti fuisse, quod solum sufficit; iuxta tradita per Tusch. *in lit. I. conclus.* 24. *per tot.*

205. Quo ad tertium dico primò, quod custos scientiam tantum habuit, quod dictum vinum Canonici prædicti erat, quia ipse tantum suum esse verbaliter asseruit, & ista sola scientia non sufficit, pro vt diximus supra *in num.* 21. 77. *& seqq.* Secundò, quod etiam data plena, & vera scientia in custode, & non in Civitate, sufficiens ista non est; cum institoris, seu procuratoris scientia, sivé habeat generale, sivé speciale mandatum ad aliquid faciendũ non præiudicat domino, vt scire præsumatur factum, & id quod scit procurator, & ideo mala fides procuratoris non nocet domino ex eo, quod præsumatur certiorasse dominum, ita mirabiliter Rom. *cit. in cons.* 189. *in præsenti consultatione omnino videndus, & sinè desidia legẽdus*, & prędicta indubitata sunt quando agitur, vt dominus incidat in pœnam, (sicuti in casu nostro) quia tunc præsumpta scientia gestorum á procuratore non sufficit, ita memorabiliter scriptum invenitur apud Cott. *decis.* 33. *sinè fastidio videndum*; Et sic ex prædictis doctrinis non solum ad hoc tertiũ medium, sed etiam ad secũdum evidẽter patet respõsum; & né careamus doctrinam in quasi proprijs nostris terminis adducere; nempè, quod sciẽtia officialis non nocet Communitati, vel Vniversitati, allego Alexan. *in cons.* 84. *colum.* 1. *lib.* 1. meliùs Ruin. *cons.* 45. *col. fi. lib.* 4. imò nec etiam expressa sciẽtia aliquorum de Vniversitate Civitati noceret Dec. *cons.* 437. quod dupplicatur *in cons.* 772. Et sic cum non fuit probatũ ab adversarijs, nequé in processũ constat quod Civitas sciebat Canonici prædicti dictum vinum esse, nec quod custos certioravit de facto prædicto, nec scientiam Civitati dedit, quod Canonicus ei dixit suum esse vinum; Sequitur ex dictis, quod contẽtio in favorem Civitatis determināda est, cum (stante ignorantia) iuridicé processit, in nullam pœnam, nec in censuram incidit, nec vllo modo Ecclesiasticam immunitaté læsit, nec ipsius iurisdictionem vsurpavit; cũ ignorans iusta ignorãtia non excomunicatur, etiam stante statuto seu lege, quod committẽs aliquod delictum sit excomunicatus; ex eo quia nõ ligat eum, qui ignorat, ita pulchré omnino videndus dixit Crot. *in repetit. cap. vt animarum in fine princ. de constitut. in 6.* Et ignorantia etiam iuris naturę humani, ac divini excusat ab excomunicatione, & ab omni alia pœna, Navarr. *cons.* 4. *lib.* 5. *de vsuris tom.* 1. *num.* 9, & pulchrè *in lib.* 5. *de senten. excomunicat. cons.* 29. *per tot. tom.* 2. omnino videndus.

206 Tamen ad hoc, vt clarius summum Civitatis ius cognoscatur dico, (dato, & non concesso imò expresé negato,) quòd custos notitiam Civitati

tati dedisset, quod Canonicus verbaliter tantum ei in ianuá dixit, suum vinum esse, adhuc ipsa in vllam censuram incidit, nec etiam Ecclesiasticam iurisdictionem vsurpavit; neque libertatem Ecclesiasticam offendit; ex eo quia (sicuti supra diximus) Civitas custodi credere non debebat, cum si fuisset verum, vtiquè Canonicus metipse coram Civitate comparuisset; vel procuratorem; seu aliquã personã ad certiorãdum, quod vinum suum erat ad illã misisset; & quamvis ex tot conie&turis supra adductis in nu. 77. & seqq. ad contrarium credendum adstringebatur, attamen ad omnem difficultatem tollendam, & controversiam dirimendam; forsan distulisset vtiqué vinum distribuere; fusta frangere; & alia facere; si dictam scientiam Civitas tenuisset; donec; & quousqué, vel Iudex Ecclesiasticus, vel ipsamet cognoscisset si verè vinum dicti Canonici erat, cum cognitio bené ad ipsam spectare poterat, ex eo quia de mero possessorio tractabatur, pro vt ex Menoch. Covarr. Marant. Alvar. Velasco, & alijs, testat. Sessé *de inhibit.* §. 1. *cap.* 8. *num.* 26. & melius *Thesaur. in decis.* 31. *num.* Ibi. *Quarto facit, quod Iudex laicus cognoscit in possessorio, & dictum est supra, & si Clerici; & res Ecclesiasticæ in causa possessoria dicuntur de foro laici Iudicis; ergo potuit laicus statuta, & edicta facere, quia paria sunt forum sortiri, & statutis ligari, vt per Dec. in l. fin. col.* 1. *de iurisdict. omnium iudicum, & dixi super decis.* 123. *num.* 11; *nec dicitur statuendo super possessorio statuere super re spirituali, sed temporali, Guid. Pap. cons.* 78. *num.* 4. ac etiam quia erat quæstio facti; nempé, cuius vinum erat. Carneval. *de iudic. lib.* 2. *disput.* 2. *nu.* 866. *ante finem*, Hortens. Cavalcan. *de Brach. Reg. par.* 1. *nu.* 95. *vers. at quando*, Franch. *decis.* 189. March. *decis.* 1065. *nu.* 1. *in fine*, Sanfelic. *decis.* 7. *num.* 4. *& decis.* 10. *num.* 6. *& decis.* 11. *nu.* 3. *& decis.* 15. *nu.* 9. *& decis.* 260. *nu.* 1. *& decis.* 321. *nu.* 9. omnino in proposito vidẽdus Anton. de Ball. *tract. var. pragm.* 1. *nu.* 29 *de Cleric. inciden.* demum quia notoriè constabat vinum Canonici non esse sicuti (in pluribus locis supra latè fundavimus,) & pro vt in fortioribus terminis, nempè circa personam tradidit Dom. Cortia. *decis.* 2. *per tot.*

207 Sed Canonicus prædictus nec Civitatẽ certiorem fecit vinum suum esse; nec verbum vllum in voce, nec in scriptis saltem ad declinãdam iurisdictionem dixit, (& dict. Dom. Cortiad. dicit *in decis.* 22. *num.* 85. *& seq.* quod potest in expensas Clericus condemnari; qui statim iurisdictionem laici nõ declinat,) & ad ponẽdum Civitatẽ in mala fide; ergo iniustè nunc ipse conqueritur, & iura omnia pro Civitate militant. Hoc idem (meo iudicio) in fortioribus terminis tenet Ansald. *de iurisdic. par.* 2. *tit.* 7. *cap.* 2. *nu.* 4; Ibi. *Quod quidem fuit, & est intelligendum opponente parte; verum si pars nõ opponat etiam causam possessoriam beneficialẽ cognoscere, & definire poterit. &c.* & prosequitur mirabiliter materiã *per tot. dict. cap. & per cap. proximũ sequẽs* omnino vidẽdus; Et Ansald. dicit, Ibi, quod Iudex Secularis etiam si tituli esset facienda iustificatio potuisset causam beneficialem possessoriam cognoscere, & definire, si pars, scilicèt Ecclesiasticus non se opponeret; Sed in casu nostro Canonicus non se opposuit, nec Civitas sciebat vinum esse ipsius, nec causa beneficialis erat, ergò benè processit, pro vt memorabiliter (etiam data scientia) dixit Ferrer. *super observat. cap.* 63. *&* 73. in prima parte; Ex quibus omnibus ista ad vlteriora procedere potuit, vel

etiam

etiam credendo, quod custos veritatem non dixit, vel collusivo modo, quia si verum fuisset, vtiquè Canonicus prędictus notitiam Civitati dedisset, cum erat sola illa, quæ vinum relaxare debebat ac poterat, & non custos, ad quem tantùm ligare, ac non dissolvere permissum erat, aut quia obligata non erat stare, & credere simplici assertioni custodis, qui tantum de alia simplici assertione Canonici dicebat (cum aliundè vinum esse istius nec dicti custodi, nec Civitati, minimé constabat) quando principalis non solũ de hoc non conquerebatur, sed nec etiam comparuit, vel saltém ex dicta Canonici taciturnitate credere Civitas potuit, quod, & si in ianua dictus Canonicus custodi dixit suum vinum esse, hoc forsàn fecit ad effectum vidẽdi, si potuisset cum sua simplici, & verbali assertione Michaelem Rogerium (qui vinum ducebat, & erat dominus ipsius) à pœna transgressionis eximere, in quã per apportationẽ vini forẽsis absquè licentia incidit; sed posteaquam vidit, quod optatum finem (ex sua mera assertione) consequi non potuit, (ex eo quia dictum negotium de iustitia erat cognoscendum, & quod necesse erat, vel iurare, vel plené suum esse probare) pœnitentia ductus, ad vlteriora procedere noluit, sed negotium reliquit ad hoc vt Civitas contra Mithaelem Rogerium laicum, & sibi subditum verum dominum dicti vini procedere potuisset; quapropter merito est concludendum, stantibus omnibus supradictis benè per Civitatem deventum fuisse ad dictum vinum distribuẽdum, & alia; & quod comparitió, seu prætensio Canonici importuna, & intempestiva est, cum res integra non sit; Tanto fortius, quod in casu nostro nullo modo Civitas in excomunicationem, nec in alias cẽsuras incidit, iuxta pulchré tradita in fortioribus terminis per Grass. *de effectib. Clericat. effect.* 1. *num.* 218; Ibi. *Et intelliges, vt hæc ampliatio non habeat locum, nisi quando Iudex Sæcularis procederet contra Clericos, vel alios habentes ordines Clericales, non autem si contra alios, qui potiuntur privilegio fori; licet non sint Clerici, vt sunt famuli, filij, & similes Clericorum, quia tunc non incideret in sententiam excomunicationis.* Marant. *in practic. par.* 4. *distinct.* 11. *num* 4. Scac. *in tractat. de Iudic. par.* 1. *cap.* 11. *num.* 48.

208 Respondetur Quartò, quod in præsenti nostro casu nullam iurisdictionem Civitas contra Canonicum prædictum exercuit, nec in ære, nec in persona, cum executa nõ fuit pœna, (vt vulgo dicitur de 50. maravedins,) sed tantum vinum infraganti deprensum, & à laico adductum, & apud quẽ inventum fuit; & cuius per consequẽs esse præsumitur, (donec cõtrarium probetur (in commisum incidisse declaravit iuxta formam privilegij prædicti, & antiquissimã observantiam ipsius, & hoc absquè causæ cognitione (sicuti adversarij metipsi dicunt in suo articulo 3.) & absquè contentiosa iurisdictione, in qua vera iurisdictio consideratur, & non quando proceditur absq. figura, & strepitu iudicij sũmarié, & de plano, & (vt vulgo dicitur) à ladrita absquè investigatione vlla iudiciali, nec extraiudiciali cuius vinũ erat, sed ad relationem merã custodis, quod illud apprehẽdit, vel in potestate laici, vel absquè licentia, cũ non erat credẽdũ, nec etiam præsumendũ Canonici esse, non obstante, quod custos retulisset Civitati, (quod negatur) sic ei ipsũ dixisse verbaliter, & sine iuramẽto (ex supra traditis,) dũ ille, nihil omnino fecit nec ad declinãdã iurisdictionẽ, nec ad exceptiones opponẽdas

ponẽdas, vel saltẽ ad sciẽtiã extraiudicialẽ dãdã Civitati Canonicus cõparuit, sicuti pauló antè diximus, nec Civitas erat obligata tanquam mera executrix tantùm dicti privilegij in iudicium Canonicum vocare (etiam data sciẽtia,) (quod negatur) (sicuti supra probavimus,) vel factũ perquirere, cum executor merus nõ tenetur iuris ordinẽ servare Innocẽtius *in cap. ex ratione de appel.* Federic. de Sen. *consil.* 138. *in fin vers. an verò*, & dicitur Iudex Balistarum, quia sententias fulminat, sicuti sagittas. idem de Senis *in cons.* 187. *casus talis est Dominus in fine vers. & tales executores*; Sed tãtum cognoscere si vinum forense erat, & si sine licentia introductum fuit iuxta observantiam semper in Civitate practicatam, nec tanquam mera executrix partem citare tenebatur, Angel. Aretin. *cons.* 19. *num.* 33. *vers.* 2. *illa iura cũ multis seqq.* cit. Federic. de Sen. *cõs.* 144. *vers. sed in exequutione*; Ex eo quia solùm ad Civitatẽ exequi privilegium spectat, & nõ de validitate aut actus nullitate executionis cognoscere, quia mera executrix est,ità Baldus *in cõs.* 36 *factum, quod proponitur in fine vers. super* 5. *lib.* 4, & duplicatur *in cons.* 341 *eodem lib.* nec potest cognoscere, vt superioris gratiã rescindat, quæ omnia in casu nostro (si Civitas alitèr processisset) evenirẽt Ancher. *cons.* 224. *in princip.*

209 Respondetur Quintò, & si omnia supra tradita in foro fori militare videntur, quæ ad hanc contentionem obtinendam sufficiunt; tamen infra dicenda tam in foro Poli, quam Fori locum obtinent, etiam dato, quod Civitas sciẽtiam habuisset, quod vinũ erat Canonici prædicti, & in potestate ipsius apprensum fuisset, ad quod probandum præmitto (sicuti supra plenè fundavi,) quod Civitas ex immemoriali, vel ad minus ex antiquissima, aut centenaria consuetudine, & observantia est solita vinũ forense Ecclesiasticorũ in Civitatẽ inductũ absq. licẽtia apprẽdere, fusta incidere, & alia facere, quãdo res cõcordata amicabiliter nũ fuit, & quod dicta cõsuetudo tam ab omnibus Ecclesiasticis observata per tempus 304. annorum, quam ab Episcopo, & Pontifice confirmata tacité, & expresé fuit, vel sic præsumitur ex supra probatis, & ex eo quia in cõtrarium nihil adversarij probaverunt; Quibus stantibus dico, quod benè, & sine vllo censurarum metu, aliarumque pœnarũ omnia prædicta, quæ fecit Civitas facere potuit, absq. quod per dictos actus libertatem, immunitatemquæ Ecclesiasticam læderet, nec ipsius iurisdictionem vsurparet, atqué perturbaret; cum fecit bona fide, ac iusto titulo interveniente, quod à suis prædecessoribus semper fieri observatum ac consuetum fuit, & sic excusatur ab omni dolo, & culpa, antiquorum vestigia sequendo, ità Fontanell. omnino videndus *in decis.* 356. *per tot. & in nu.* 11. Ibi. *Vbi quod Patriæ consuetudo, & facta prædecessorũ, & consuetudo solius vltimi prædecessoris officialẽ excusat. Nè id quidẽ mirũ cũ habebat Spiritus Sancti approbationẽ Hierem. cap.* 6; *Ibi. State super vias, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona & ambulate in eá, & invenietis requiẽ animabus vestris item Eccles. cap.* 8. *Non te prætereat narratio seniorum; ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectũ, & in tempore necessitatis dare responsum, & deniquè Proverb. cap.* 22. *Non transgredieris terminos antiquos, quos posuerunt patres nostri, abundè Salg. de retent. bul. par.* 2. *cap.* 6. *per tot.* & per totam dictam decisionem prosequitur

mira-

mirabiliter ad nostrum intentum. Et non solum à pœna vestigia antiquorum sequi excusat, sed laudabile est, sicut persuadet Teodoricus Rex apud Cassiodorum *lib. 10. epist. 31.* Ibi. *Nihil est enim, quod studiosius nos servare cupimus, quam virorum veterum disciplinam, vt quod ab antiquis laudabile semper habuistis, sub nobis potius augeatis*, & probatur *in cap. nè invitaris prudentia tuæ de constitut. cap. cum in præterito 84. distinct. & ex tex. de pace constantia in princip. ab antiqua* Castrens. *consil. 8. ista bona paterna col. fin. obstant contraria lib. 1.* Consuetudo enim dat iurisdictionem quæ videtur dari à Lege, vel à Canone; ita Archidiac. *in cap. conquestus est 89. quæst. 3. & in cap. 1. de præscription.* pulchrè Xamar. *de offic. Iudic. & Advocat. in par. 1. quæst. 11. num. 30. & seqq.* Et iurisdictio ab ista dari potest in parem, & in superiorem Sessè *de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 33. 34. & 35.* Et etiam à consuetudine vetusta induci ius exigendi vectigal potest *l. si Provincialium 4.* & ibi Bartolus *num. 1. C. de vectigal.* Paul. de Castr. *in l. si publicanus 4. ff. de publican. & vectigal. num. 3.* Ioan Ricard. *in rubric. C. vectigal. vers. institui non poss. num. 5. & num. 6.* Ansald. *de iurisdict. par. 5. cap. 3. in num. 171. & seqq.* Ibi *Et quod si consuetudo circa decimas, quarum ius spirituale esse dicitur, & nos in dicto titulo de decimis esse tale vidimus, cognovimus, & probavimus tituli pacti, sivè privilegij vim habēt; multo magis consuetudo collectas à personis Ecclesiasticis, pro bonis Ecclesiasticis, sivè Clericorum impositas exigendi, vim habere privilegij, tituli, sivè constituti censendum est, quoniam non à lege divina, pro vt decimæ, sed humana, quod Ecclesia scilicet habeat prædia inductum fuit, &c.* Nec ambigitur quod cōsuetudo quæ sunt iuris positivi derogare valet *cap. fin. de consuetud.* & exemptio Clericorū per ipsam restrictionem pati potest, Covar. *practicar. quæst. 8. num. 4. vers. hanc literam sensim agnoscunt tom. 1.* & Sessè *in loco proximi cit. in num. 145.*

210 Imó etiam consuetudo declarare potest, num Clerici à potestate laicorum de Iure Divino, vel humano in aliquo particulari casu sunt exēpti, cit. Sessè *in dict. tract. cap. & §. & num.* & ius divinum limitare potest. Idem Sessè *ibid. num. 136.* Et Brunor. à Sole *in quæst. legal. 2. in n. 13.* dicit, quod cōsuetudo potest limitare, distinguere, declarare, & augere ius divinū, & naturale; & sic in fortiori casu, quā nostro loquūtur tam cit. DD. quā Navar. *in cons. 4. lib. 5. de vsuris tom. 1. num. 6.* & Sessè *decis. 103. num. 136.*

211 Et sic ex prædictis benè tam in foro fori, quam Poli Civitas ab omni incursu censurarum immunis est; & vt doctrinas adducam magis concludentes dico; quod consuetudo immemorialis, centenaria, vel antiquissima (sicut nostra) cognoscendi de causa Ecclesiastica absque metu censurarum seruanda est, idem cit. Sessè *in dicto cap. 8. §. 3. num. 42. 44. 59. & 50.* Cum ista facit licitum quod aliàs illicitum est, ita cit. Brunor. à Sole *in d. quæst. 2. num. 9. & seqq.* Paitell. *decis. civil. exposit. 71. num. 4.* quapropter excusat à dolo, & à pœna, etiam extraordinaria imposita: Vermigl. *in cons. crim. 123. num. 8.* & à pœna turbatæ iurisdictionis. Idem ibidem *in consil. 175. num. 11. & pulchrè in num. 8. & 10.* dicit; & citat. Navar. *in d. lib. 5. de vsuris cons. 4. tom. 1. num. 4.* tenet quod excuset ab omni pęna imposita.

212 Ex quibus omnibus non obscurè colligitur quod stante dicta consuetudine Civitas benè processit; & non propter hoc potest Curia Ecclesiastica

siastica prætēdere præiudicatū sibi esse, cum licitū quod publicè putatur faciens, non censetur malé facere idem Navar. *in lib. 5. de sentent. excommunicat. cons. 29. tom. 2. num.* 5. & vtens consuetudine etiam contra legem divinam excusabitur à peccato, non propter eam, sed propter licentiam ex ea præsumptā ita cit. Sessè *decis.* 113. *n.* 179. 18. *& seqq.* qui multos allegat: *& in num.* 139. ibidem dicit, quod exemptio Clericorum à iure divino inducta ab eodem reperitur limitata.

113 Et sic Civitas saltem quammultos Doctores pios, & graves tenentes pro sua defensione habet, & citat. Navar. dicit *in d. cons 9. lib. 5. tom. 2. de sententia excommunicationis in num.* 4. quod autoritas viri valdè pij, & eruditi à fractione legis excusat, *& per totum consil.* omnino videndus, & Fontanell. *in decis.* 301. *lib.* 1. *num.* 15. ibi: *Quibus in omni casu necessario licitum est consolari, cum egregio dicto illius magni viri Martini Aspilqueta Navarri in Manual. cap. 27. n. 119. vers. si verò;* quod *Hieronim. Portol. celebrat. in schol. ad Molin. titul. de la competen. super foro primo Carol. 5. num. 47. quo in loco Navar. sic scribit. Qui verò faciunt observari, vel scribi eiusmodi statuta (de his quæ videntur contraria immunitati Ecclesiasticæ loquitur) sincero animo credentes esse salutaria eam (excomunicationem) non incurrunt, maximè si credunt de consilio viri eruditi, & timorati: Portoles autem sic ait. Non tamen desunt aliqui docti simul, & pij viri qui affirmant iudices huiusmodi nostrum forum observantes, non peccare, si ipsi sincero corde credentes huiusmodi statuti observantiam Reipublicæ salutarem, atque per necessariam fore illud observent, vti in ipsis propè modum terminis docuit Navar. ad Manual. cap. 27. num. 119. vers. quarto;* vel ad minus negari non potest, quod erat in dubio Civitas, si per dictum privilegium executionem facere potuisset; & sic stāte cōsuetudine observantiæ ipsius, benè potuit absque metu ipsam facere, ex eo quia consuetudo excusat non solum ab excommunicatione, sed etiā à peccato; existenté in dubio an sit peccatum. Ita ex multis dicit citat Sessé *d. decis.* 113. *n.* 119: Et 137. Et citat. Navar. *in d. cons. 4. lib. 5. de vsuris tom. 1. in num.* 9. dicit quod consuetudo præbere potest causam credendi aliquid non esse contra ius divinum, vel naturale ad ei excusandum ab excommunicatione, & per totum dictum consilium mirabiliter dicit ad propositum, & meliùs quam omnes idem Fontanell. *in loco proximè citat. in num.* 3. 4. *&* 5. omninò videndus.

14 Vnde cum Civitas nō fuit, nec in dolo, nec intēdebat immunitatē aut iurisdictionem Ecclesiasticam perturbare, aut lædere, hinc meritò benè processit, nec ex dicta executione facta ab ipsa excommunicari potest, nec in aliás penas, seu censuras incidere, nec iniuridicè, & absque iurisdictione processisse dicendum est, Ita memorabiliter scriptum reliquit omninò videndus Egid. Bellam. *cons.* 40. *num.* 12. *vers. circa quintum*, vbi punctim quando aliquid fit contra immunitatem, libertatemquè Ecclesiasticam, & meliùs dicit *in consil.* 12. *commune, & homines in princi pio,* & cit. Navar. *in d. cap.* 27. *num.* 119. *in* 4. *declarat.* Et Gaitan. *excommun. C.* 31. tenent, quod dua requisita ad incurrendum in excomunicationem, vel in aliam pœnam requiruntur; Primò, vt statuta sint verè contra immunitatē Ecclesiasticam, libertatemque ipsius; Secundò, quod scienter id fiat, & ex

inten-

intentione, & quod non sint prompti, qui illa observant, aut fecerunt, si contra Ecclesiastiacã libertatẽ sunt, & vti talia declarata fuerint, ea tollere & non observare; sed in casu nostro nullum ex dictis requisitis concurrit; Vnde meritò dicendum erit, quod stãte privilegio, immemoriali, antiquissima, seu centenaria consuetudine observãtię ipsius etiam contra Ecclesiasticas personas, benè potuit Civitas dictam executionem facere; si etiã esset vera executio, & si vinũ verè fuisset dicti Canonici, & à suis manibus apprensum, nec nõ Civitas scientiam plenam, iudicialemque habuisset suũ esse, & quod stante dicta consuetudine, ac in alijs similibus casibus observantia, quæ in primis in materia prohibitionis, contributionum, taxarum, & gabellarum attendenda est, sicuti scripsit citat. Vermigliol. *in consʃ. crim.* 449. *num.* 5, & pulchrè ex Rip. Nat. Mar. Mantic. Scil. Burs. Socin. & Piagg. dixit omnino videndus Grassus *de effectib. Cleric. effect.* 3. *num.* 73. *&* 74. iuridicè processit; ex eo quia à suis prædecessoribus etiam in vino Ecclesiasticorum executionem facere consuetum fuit; cum semper quod vina forensia à Clericis immissa absqué licentia in Civitate fuerũt, ab ipsa apprẽsa &c. (sicuti probatum est, & ex processu cõstat,) & sine censurarum metu, ac absqué quod in præsenti contentionis causa Ecclesiastica Curia prætendere possit, quod cum ad ipsam spectabat pœnam exequi, Civitas suam iurisdictionem perturbavit, nec non immunitatem, libertatemquæ Ecclesiasticam læsit; & sic ex omnibus prænarratis pręsens causa in favorem sęcularis Curiæ determinanda erit.

215 Respòndetur Sextò, quod in ista contentionis causa tantùm tractãdum, ac vidẽdum erit si benè, vel malé Civitas processit, & si ad ipsam, vel ad Ecclesiasticam Curiam executionẽ contra vinum Canonici facere pertinebat, quia si ad Civitatem spectabat, sumus in casu extra quæstionem, & perconsequens incontrovertibilitèr causa huius contentionis ad favorem ipsius determinari debet; Sed ex supra traditis abundè patet, & plenè probatum fuit, quod dicta cognitio ad Civitatem spectabat, ergo &c.

216 Tamẽ negari nõ potest, quod adest privilegiũ Domini Comitis Rogerij datũ in anno 1364, ac etiam observantia ipsius per spatium dicti temporis, cum Civitas probaverit immemorialem, aut antiquissimã, & ad minus centenariam consuetudinẽ observatorialem privilegij prędicti contra omnes tam laicos, quam Ecclesiasticos vina forensia in Civitatem tẽpore prohibito absquè licẽtia immittẽtes adesse, quã etiam omnes Clerici cõsueti sunt petere (sicuti, & adversarij metipsi confitentur, articulant, & probant) Et centenaria consuetudo probata cum requisitis, immemorialis (sicuti in casu nostro probata fuit, vt ex processu colligitur,) vera immemorialis dicitur, ita sine desidia legendus dicit citat. Fontanell. *in d. decis.* 586. *per totam*, & melius *in nu.* 17. 18. 19. *& seqq.* imó Cancer. *variar. resolut. in* 3. *par. cap.* 4. *de ser. num.* 40. tenet quod cẽtenaria est maioris efficaciæ, ac virtutis, quã immemorialis, & sic decisum per Senatum refert; eo magis quod in nostris terminis nõ tractatur de cõsuetudine dispositiva, seu inductiva, sed tãtum de interpretativa, & declarativa, (sicuti diximus *in num.* 179.) ad quam probãdum nõ requiritur, quod per tempus immemoriale, antiquum, aut centenarium aliquid facere consuetum, & practicatum fuit, sed sufficit proba-

probare,quod in duobus casibus ita observatum fuit,prout probant Xammar.Castigl.Fontanell.& Peña in locis citatis *in d. nu.* 179. & ista solum in casu nostro nobis necessaria est,cum tantum de consuetudine interpretativa,& non de alia tractamus sicuti supra diximus,& probavimus.

217 Etiam Civitas probavit, quod in quolibet anno per præconē,édictū promulgari facit contra quascumqué personas cuiuslibet status,gradus, & cōditionis,quæ vina forensia in Civitatem introducere audeant;Probavit etiā,quod cū Ecclesiasticæ personæ triginta annis elapsis,& in alijs tēporibus vinū extraneum absquè licētia inferre volebāt, Civitas personam,quę illud ducebat carceravit,fusta incídit, & ad alia facienda devenit,nec non quia Ecclesiastici malum fecisse cognoverunt, veniam à Civitate inpetraverunt, quæ (mediante dicta concordia) ad alias pœnas exequendas non processit;Et Clerici nō solum non probaverunt, quod hæc consuetudo in Civitate non viget,& quod semper, vel ad minus aliquando forēse vinum absqué licentia in Civitatem introiverunt,imò (sicuti dictum est) ipsimet cōtrarium articulāt, & probant;nempé,cū illa hoc permissum eis solū esse; probavit etiā Civitas, quod omnes Ecclesiastici plumba acceperūt,& de facto tenent,cum quibus immunè in Civitate vinum emunt; & sic Clerici ex tacita cōventione, pacto, seu trāsactione de vino forēse in Civitatē pro eorum vsu nō immittendo cōsenserunt; Et quam multa alia ad victoriam huius causæ cōsequendam probavit(sicúti ex procelsu,& articulatis colligitur.) Et cōtrarij conati sunt probare in quinto articulo,quod Civitas nō solum prætensum vinum dicti Canonici distribuere fusta incidere , & in porticu Sācti Salvatoris sic incisa apponere fecit;sed quod paulò antè similiter processit contra Conventum Monacharum Civitatis prædictæ;ex eo quia cum pro vsu,& servitio dictarum Religiosarū,quidam laicus ducebat vnam salmam vini forensis ad dictas immissi à persona Ecclesiastica ; dicta Civitas illud distribui, fusta incidere,& in ignominia publica apponere fecit;& si hoc nō probaverunt,cum testes tāquam contrarij, vel inrecōciliabiliter, aut falsi super dictum factū,nec nō in omnibus alijs,ratione individuitatis iuramēti fidem non merētur,& etiā quia tātùm de facto prædicto de auditu laici,qui vinū ducebat deponūt,cuius dictū non erat credēdum, quia interessatus,nec aliūdè omniū Monacharū,seu sororis Mançiæ Petralba vinū esse cōstabat,sicuti in prima parte huius allegationis abundè probavimus,attamen ex isto articulato, negotio,seu facto, mala Ecclesiasticorum voluntas contra Civitatem cognosci potest , cum ad eos non spectat, nec pertinet aliena negotia gerere , nec in ius Civitatem vocare super dicto absqué procura,assensu,beneplacito,ac ipsarum Monacharum voluntate,quæ cum cognoverūt se malū ius habere,& Civitatē bonum fovere, (si suum vinum erat) acquiaverunt in executione iuridicé,& tuta consciētia à Civitate facta (sicuti supra probavimus)cum de illa prętēsi vini Canonici tractavimus,)& tāquā nō ingratæ omnia supradicta à Civitate facta rationabilia,iusta,& honesta esse, & ad proprium commodū, & ad magnam vtilitatē ipsarū,omniumq. civium tendētia agnoverūt; ex eo quia stante dicta prohibitione vinū proprium in territorio Civitatsi recollectū vel non amittunt , aut maiori prætio vendunt , &omnes cives lucrum sentiunt , & sic

 ditio-

ditiores, & potẽtiores ad necessitates Monialium, & aliorum Ecclesiasticorum subveniẽdas reddũtur, & Civitas nõ impossibilitata ad onera, & debita solvẽda, & præcisè 80. (vt vulgo dicitur) quarteras frumẽti, quas quolibet anno dat Monasterio prædicto; & est certũ in iure, quod executio facta in bonis Ecclesiasticorum (illis volentibus, & cõsentientibus) seu gabella exacta ab ipsis spõte solventibus ab immemorabili, aut antiquo tẽpore (sicuti in casu nostro) dat ius ad laicos, vt exactionem, & alia continuare possint, ità mirabiliter scripsit cit. Castrens. *d. cons. 423 ex transmisso lib. 2. & in princip. & per tot. consilium.*

218 Et quia sagittæ contra Cœlum intortæ redeunt contra immittentem eas, & ipsum feriunt, sic dilemmaticé arguo; aut vinum erat veré Monialium, aut non; si non ecce quomodó benè Civitas processit, & optimé facit quando fidem non præstat simplici assertioni alicuius, & præcisè illius, qui est vini conductor, & per consequẽs semper interessatus, cũ tractat de pœna evitanda; Aut re vera erat omniũ Monacharum, vel solum sororis Mançie Petralba, & istæ non reclamaverũt, imò consenserũt in executione, (sicuti incontrovertibiliter ex processu desumitur quia saltem contrarium nõ constat,) & sic colligitur, quod tam in alijs annis ac temporibus, quam præsentibus consuetudinis observantia in Civitate viget, & stat in vsu contra Ecclesiasticas personas vina forensia absquè licentia immittentes, & quod (stante ipsa) Civitas in eas executionem facit.

219 Quibus omnibus præmissis in facto quis dubitare potest (omnibus alijs supra traditis relictis,) quod contentio in favorem Civitatis declarari debetur? ex eo quia ad cognoscendũ si ritè, Iuridicè, & benè processit Civitas, & si ad eam spectabat prædictam executionẽ facere, aut ad Dominũ Episcopum, est recurrendum ad videndum ad quam Curiam; nempe Ecclesiasticam, aut secularem dicta cognitio pertinet; & quæ ex illis habet fundatam in promptu intentionẽ pro se, & est indubitatũ, quod si ad Curiam secularẽ spectaret cognitio prædicta, tam ratione tituli, & pleni dominij, quã ratione possessionis, vel quasi, in qua Civitas invenitur, quæ sola est attẽdenda, vel quia regulas iuris pro se sufficiẽtes haberet; tunc nulla difficultas adesset, quod contentio in favorem ipsius declarari debuisset; sed in casu nostro omnia prædicta Curia sæcularis pro se tenet, ergo &c.

220 Et tanto fortius, quod in hoc iudicio contentionis Dominus Admodum Illustris, & Reverendus Cancellarius solum declarat ad quem spectat cognitio, & non de meritis causę principalis cognoscit cũ sit Iudex qualitatis, & nõ meritorũ causæ ita Fõtanell. *decis 338. n. 12*; Et si ad cognoscendam tantùm qualitatẽ iurisdictionis in præsẽti casu nostro Dominus Cancellarius de meritis incidentèr cognoscere vult, quod facere potest, etiã tam in vno casu, quam in alio in favorem Civitatis semper contẽtio declarari debet, cum & in meritis, & in qualitate bonũ ius fovet; in qualitate, quia qui vinum ducebat laicus erat; quo ad merita, quia titulum, quasi possessionẽ, consuetudinem, & omnia alia supradicta tenet, quæ sufficiẽtia sunt ad tribuendum ei potestatem, & iurisdictionem cognoscendi in dicta causa.

221 Quod titulũ habet, nõ est ambigẽdũ, cũ nõ ratione simplicis statuti à Civitate emanati, (quod etiã solũ sufficiẽs esset,) sed virtute privilegij Domini

mini Comitis Rogerij prætẽdit Civitas executionẽ facere posse(vt ex processu patet) cõtra Ecclesiasticos;quod privilegiũ(vt supra probavimꝰ,)vel expressé à Sũmo Põtifice cõfirmatũ fuit, vel ad minus ita est præsumendũ ex cursu tanti longissimi tẽporis; & sic tãquã cõfirmatũ à Papa,Papale dicitur,& Clericos obligat;(pro vt supradiximus).Etiã prætẽdit dictã executionẽ facere Curia secularis,seu Civitas posse;ex eo quia si aliqua cõtroversia adesse poterat, vtrum dictum privilegium tanquam laicale Ecclesiasticos comprendere potuisset,vel non; & contra ipsos ad executionem devenire; ista adempta fuit ab obsérvãtia subsecuta,quæ est optima legum, & privilegij interpres,ita Fontanell.*decis.*220.*num.*5.*&* 85.*num.*11. & in *nu.*21. mirabiliter dicit,quod observantia interpretativa non corruit ex titulo vitioso;(quæ est punctualis decisio in casu nostro,etiam data nullitate,(quod negatur) ,tituli) ac etiam prætẽdit quia immemorialis,antiquissima,centenaria,aut interpretativa cõsuetudo,aut præscriptio fuit ab ipsa probata,(nẽpe quod semper executionẽ fecit cõtra Ecclesiasticas personas, quãdo vinum absq.licẽtia introyverunt,) quæ sola de per se est sufficiẽs ad operãdum, vt quod ab initio erat vitiosum præsumatur convalidatum,itá vt de latẽti vitio quærendum non sit,etiam si ageretur de inducenda obligatione cõtra Ecclesiam,& in ijs,quibus lex expressè resistit ita ex Menoch.& alijs probat Ansald. *de iurisdict.par.*5.*tit.*3.*cap.*3. *per tot.*

222 Nec obstat dicere,quod DD. qui hoc tenent loquuntur in consuetudine immemorabili,quę in casu nostro probata nõ fuit,nã multifariè respondetur; Primò, quod est probata , sicuti supra diximus; Secundò, quod nõ solum immemorabilis,sed etiã antiquissima,seu cẽtenaria sufficit, sicuti ex Fontanell.*in d.decis.*217.*n.*18.*& per totã & decis.*586.*etiam per totã* in alio loco diximus,vbi dicit,quod cẽtenaria in his idẽ,quod immemorialis operatur maximé quando cũ requisitis immorialis (sicuti in casu nostro) probata fuit,& nos supra firmavimus *in n.*83. huius allegationis,& melius colligitur ex *cap.conquestus est* 8. 9. *quæst.*3;Tertiò, quod qui habet in sui favorẽ cõsuetudinẽ immemorialẽ probatã relevatur nõ solũ ab onere titulum probãdi,imò nõ tenetur nec allegare.nec ostẽdere eũ,sed solũ ad allegãdã famã privilegij adstringitur, ita cit. Ansald.*in d.loco in nu.*61.*& seqq.*Sed in cẽtenaria,seu longissima præscriptione,aut cõsuetudine est distinguendũ; scilicèt aut ius,seu præsumptio non stat contra præscribẽtem,& talem cõsuetudinem in sui favorem habere prætẽdentem, aut stat; primò casu solã bonam fidem sufficere; in secũdò, & allegare,& probare titulum oportet, ita mirabiliter Bonifacius Octavus decrevit *in cap.* 1. *de præscription.* & dictus Pontifex loquitur de præscriptione cõtra Ecclesiam, seu libertatẽ ipsius;Sed in casu nostro Civitas ostendit,allegat,& probat titulum ex privilegio Domini Comitis Vrgellẽsis,& nõ vult,quod præsumatur ex fama,vel ex cursu immemorabilis temporis tantúm , ergo pro ipsa magis operatur antiquissima,& cẽtenaria consuetudo,seu præscriptio allegato, & probato titulo privilegij,quam immemorabilis cum fama ipsius tantùm(sicuti clarè colligitur ex textu prædicto) tãto fortius,quod Fontanell.*in loc. sup.citat.& per tot.d. decis.*in multo fortioribus terminis loquitur, nempe quod qui habet cẽtenariam in sui favorem non indiget nec bona fide,nec patiẽtia Superioris,nec titulo,nec alijs omnibus, quæ in casu nostro cõcurrunt , & si

deessent,

deessent, adhuc nihil referret quia solum tractamus de cõsuetudine observatoriali, seu interpretativa; (sicuti supradiximus,) quę cõsuetudo sola dat iurisdictionẽ in parem, & in superiorẽ, pro vt supra ex Sesse, & alijs hæc, & multa alia ad materiam istam concernentia probavimus.

223 Civitas etiam dicit, quod manet in possessione, vel quasi, executionem faciendi contra Ecclesiasticas personas vina forensia absque licentia introducentes, & dictam prohibitionem ab ipsis observãdi facere; sic quia isti semper cõsueverunt licentiam petere; ad hoc vt eis liceret vinũ forense introducere, & plumba recipere ad finem emendi immunè solum illud quod in Civitate venditur; vndè ipsis consentientibus, & aquiescentibus dictam possessionem, vel quasi, habet Civitas, vel ex dictis actis possessorijs (ipsis contradicentibus) contra eos omnibus temporibus exercitatis, & demum, quia per mensem antequam dictum vinum prætensum esse dicti Canonici aprensum fuit, & distributum, Civitas erat in possessione; contra Ecclesiasticas personas dicta facere; nempè cõtra moniales (sicuti contrarij metipsi articulãt, & probare conãtur,) & nos sic, & in quantũ, & absq. præiudicio concedimus; & certum est quod qui aliquo tempore possedit possidere præsumitur eo magis quod possidere de præsenti probatum dicitur si per mensem ante probationem factam, fuit probatũ possidere. Ita Grass. *de effectib. Clericat. effect.* 1. *n.* 1181. sed prædictæ iuris executiones à Civitate cõtra prætensum vinũ monialiũ per mẽsem, aut minus paulo ante factę fuerunt sicuti ex processu colligitur; ergo Civitas in quasi possessione ita procedendi manet.

224 Etiam Civitas dicit inpromptu intentionem suam fundatam habere ad consequendam victoriam huius causæ contentionis, cum processit contra laicum qui vinum ducebat, & non contra Clericum, & sic regulã habet præsumptionẽqué pro se; nempé dictum vinũ esse illius in cuius potestate inventũ fuit, & quod qualitas iurisdictionis prõptuaria stat pro ipsa; cũ processit contra laicũ sibi subditũ, & adversarij cõtra ipsos omnia tenẽt, cum prætendũt quod vinum, quod Michael Regerius laicus absque licentia introyvit, erat Canonici de Esteve; (& tamẽ hoc nec tẽpore executionis Civitati constabat (quo tempore est inspiciendum ex supradictis) nec ad præsens probatum extitit, & multo minus quod de facto, & absque vlla sententia, aut iudicio possunt vinum in Civitate inferre sinè licentia non obstantibus possessione, seu quasi, privilegio, cõsuetudine antiquissima, observantia interpetrativa, & omnibus alijs supradictis, & infra dicendis, quę Civitas pro se habet, & in sui favorem tenet.

225 Ex quib⁹ omnib⁹, & ex alijs in tota ista allegatione prænarratis, evidẽter colligitur declarandam esse contentionem in favorem Civitatis, cum ad ipsam obtinendam titulum, possessionem, vel quasi, præsumptionem regulã, & qualitatẽ iurisdictionis habet. Et si adversarij dicũt nulla, & invalida omnia esse (scilicet) privilegiũ, titulũ, possessionẽ, vel quasi, cõsuetudinẽ, observantiam, & alia, quia tanquã tẽdẽtia cõtra immunitatẽ, libertatemque Ecclesiasticam non valent, nec tenent. Respondetur quod hæc præsentis inspectionis, & causæ non sunt, sed alterius iudicij, & quod si ista Ecclesiastici agendo intentare prætendunt, hæc facere, & dicere debent coram Regia Audientia Iudice competenti Civitatis prædictæ ad

hoc

hoc quod omnia prædicta nulla declarat, & officere non posse Ecclesiasticos, & postquam in dicto iudicio plenarié de omnibus prædictis cognitum, & discussum fuit, & omnia in favorem ipsorum decisa; (si Civitas ad dictā executionem deveniret) tunc bené potuissent adversarij contentionem firmare, & ipsam obtinere, si verè constaret vinum esse Ecclesiasticæ personæ, & scienter ad dictam executionem Civitas devenisset; Sed nunc quod eis obstat titulus, privilegium, consuetudo, observantia; expressa, aut præsumpta confirmatio Summi Pontificis, taciturnitas, tolerantia Episcopi, & licentia in facti cōtingentia ab ipso etiam petita pro vino forensi in Civitate introducendo, consensus omnium Ecclesiasticorum Balagarij, qui dictam licentiam per tot antiquissimum spatium temporis semper petierunt, plumba acceperunt, & dictam prohibitionem observaverūt; Nō obstantibus omnibus prædictis, & pacifica, & quieta possessione, vel quasi, in qua Civitas manet, & absque vllo iudicio prius habito, vinū inferre volūt Ecclesiastici prædicti absq. licentia, & de facto ipsam spoliare intētant à sua possessione in qua stat; (quando etiā prædo in possessione est manutendus) imó prætendunt quod si Civitas sua iura, & possessionem defendere conatur, (quam armata manu etiam contra Ecclesiasticos est licitum facere) mediante contentione omnia ei tollere; & absquequò nec Ecclesia, nec persona Ecclesiastica à sua possessione spoliata sit (imò spoliando Civitatem quæ est laica) adversarii secularem personam in foro Ecclesiastico convenire præsumunt, contra omnes leges, & observantiam, & contra quod fuit pluries in contrarium decisum à Domino Cancellario pro vt refert Ferrer *super observant. 3. part. in cap.* 229. 230. 231. 232. 233. *&* 234. *per tot.* Et ad hoc vt cognoscatur quod omnia prædicta non solum ab omnibus iuribus, sed etiā à domo adversariorū accipiūtur, dico, quod *à decis.* 100. Grāmatic. (quā in sui favorem contrarij allegare possunt sed non rectè sicuti infra dicemus) collecta supradicta fuerunt; cum ibi Abbas, & Monasterium Sancti Benedicti non de facto (contra prohibitionē à sola Civitate emanatam, & nō á Principe sicuti in casu nostro) de vino extra territorium recollecto in Civitatem non aportando, vinum introyverunt; sed antea agitato iudicio corā Sacro Regio Neapolitano Consilio Iudice laico, & competenti Civitatis Salerni, & disputatis disputandis prius; nempè quod dictum statutum, consuetudo, & alia, dictum Abbatem, & Monasterium non ligabant, nec comprehendebant; & in eorū favorem causa determinata, & decisa (quia ibi non tractabatur de casu nostro sicuti infra probabimus) vinum introyverunt, sed non de facto: cum donec, & hucusquè de viribus statuti disputatum fuit, semper Civitas prædicta manutensa in sua possessione extitit; & nunc Civitas nostra absquè quò nullum iudicium contra ipsam nec inchoatum, nec intētatum sit, prætenditur ab adversarijs illam de facto spoliare, sub prætextu, quod non iuridicé ad dictam executionem faciendam processit, quando Civitas solum fecit, quod semper stetit in possessione facere. Tanto fortius, quod in casu Grammatici, numquam Monaci in statuto consenserunt, quod secus est in casu nostro, quia omnes Ecclesiastici in prohibitionē cōsensum præstiterūt quomodo dictū fuit, & probatur in fortioribus terminis in cit. *decis.* 222. Reverterij; vbi Iudex laicus, & non Ecclesiasticus declaravit esse Clericum

sub

sub statuto, & prohibitione comprensum, & qui pœnam à dicto statuto impositam executavit.

226 Et ita in fortioribus terminis, & nullis ex prædictis concurrentibus, in favorem Curiæ Sæcularis quamplurimæ contentionum causæ declaratę sunt; nempé quando arma prohibita (non à laico, sed à proprio Clerico, & scienter) ablata fuerunt, nec non, & dicta arma fracta, & affixa pro rostris populi, & animo iniuriãdi, & Clericos infamandi (quod secùs procedit in casu nostro cum fusta tanquam laici fuerunt incisa, & in Portico Sancti Salvatoris affixa;) sicuti decisum testatur Xamar *in defin. 99. rerum iudicatarum per totam*, qui, & si contrarium conatur defendere contra communem opinionem DD. relatam, ab Ansal. *de iurisd. part. 2. tit. 11. cap. 22. per totum.* & à Morla in Empor. *iur. part. 1. tit. 1. ff. de legibus n. 16. 17. & 18. quæst. 16. qui sunt omnino vidẽdi in proposito, & infiniti alij.* Tamẽ idem cit. Xamar in dicto loco *in n. 1. & 2.* decisiones refert habitas in die 20. Decembris 1612. per Reverendum Cancellarium Agullana, & in die 29. eiusdẽ mẽsis in anno 1619. per Reverẽdum Cãcellarium Carmona, & in eadẽ citat. definit. dicit *sub num. 36.* Ibi *Nihilhominus in facto fractionis, & affixionis armorum prohibitorum Clerici Ilerdensis in loco publico per officiales laicos factæ supra memoratæ, orta contentione inter Curiam Ecclesiasticam, & Sæcularem fuit declaratum 21. Iunij anno 1656. (nescio quo fato) in favorem Curiæ Sæcularis per admodum Reverendum Cancellarium Soler Abbatem Sancti Pauli de Campo, cum consilio, & voto solito consultorum.* Et dominus Cortiada *in decis. 11. num. 68.* dicit quod potest Mustafasius, seu Ædilis falsas, mẽsuras Clericorum rumpere, frãgere, & illas in loco publico affigere: Et etiã omnes Doctores dicunt, & tenẽt quod Iudicibꝰ Sæcularibꝰ cognoscere cõtra animalia Ecclesiasticorum damna faciẽtia permissum est, & ad executionem etiam contra dicta animalia devenire; & cum Conclusio ista satis trita, & vulgaris sit, quia quasi contradictores non habet; ideo brevitatis causa DD. hoc dicentes non cito, tamen apud Ripoll. Carneval. Fontanel. Cortiad. Ansald. & apud infinitos alios dicta materia tractata, & decisa invenitur.

227 Nec obstat dicere, quod dictę decisiones in diversis terminis, quam nostris factæ fuerunt, nempè quando res prohibita, mala, & damnosa Reipublicæ erat, quia multipliciter respondetur; Primò, quod omnia prędicta in casu nostro concurrunt, sicuti nos supra fundavimus, & Civitas plené, concludenterque prædicta probavit, & adversarij nihil in contrarium, cum à Civitate probatum fuit, quod per dictam prohibitionem fraudibus obviatur, publicę utilitati omnium Civium, & ipsiusmet Civitatis prospicitur, ac cõsulitur, nec nõ, quod privatũ Ecclesiasticorũ cõmodum cõcernit, quia suum proprium vinum maiori prætio vendũt, sicuti ex omnibus prænarratis concludentér, & plenè probatum fuit, ac patet ex fide à Civitate præsentata *in fol.* 174; ex qua constat, quod multi Ecclesiastici publicas tabernas in dicta Civitate tenebant, & vinum vendebant, quod si erat de illo in territorio collectũ; satis colligitur, quod vinũ propriũ Ecclesiastici sicuti laici vendũt maiori prętio beneficio prohibitionis, & privilegij; & si vinũ erat forense satis colligitur, quod Ecclesiastici non pro proprio usu dictũ vinum

extra

extra territoriũ productũ in Civitatẽ inferre prætendũt, ſed animo negotiãdi, gabellã fraudandi, ac prohibitionẽ fruſtrandi; & Clericus negotiator nõ ſolũ immunis non eſt, ſed amittit de facto privilegium fori, nec ad hoc trina monitio præcedere debet, ita ex multis probat cit. Anſald. *de iuriſdict. dicta par.5. tit.4. cap.3. & vltim, in n. 8. & ſeqq. & 18. & ſeqq. &. 28. & ſeqq;* Ibi *Ipſoque facto Clericis negotiatoribus privilegium, quo ad ſolutionem vectigalium ſuſpenditur Clericale. Dominic. à Sanct. Geminian. in dicto cap. tanquam num.6. & num.7. dicens, quod text. in cap. finali de vita, & honeſtat. Clericor. requirens trinam monitionem, procedit, quando Clerici ob negotiationem totale Clericale privilegium habent amittere, quod ſi ante dictam monitionem res cauſa negotiationis deferunt, vel deferri faciunt, meritò in quo delinquunt contra Canones privilegium amittunt Federic. de Sen. dic. conſil.207. num. 3. ad finem, Marcabrun. Anguil. dicto conſil.44. num. 43, Benavent. Strach. de mercatur. d. part.3. num.9. Boniſac. Vitalin. in d. Clementin. præſenti nu.8. ad finem,* & proſequit mirabiliter ad propoſitum, & ex dictis à cit. Anſald. in dicto loco clarè colligitur in noſtro caſu Eccleſiaſticos Civitatis Balagarij negotiatores eſſe; (ſicuti ſupra in nu. 158. eodem modo argumentavimus) & prædicta omnia pulchré confirmat Doctiſſimus Gregor. Lopez. *in l.49. tit.6. p.1.*

228 Et ſi replicant contrarij hoc tantum per Teſtes de credulitate probatum extitiſſe ideo malè probatum, & nos dicimus, quod Teſtes à Civitate producti plenè probant per ſupra tradita, & per ea quę dicit ad reſpõſionem dictæ obiectionis Maſcard. *de probationibus concluſ.395. nu.4,* & pulcherrimè Natta dicit *in conſil. 617. vertente iam diu num. 19. lib. 4.* motus authoritate ſummi Põtificis Eugenij 3. *in cap. quoties* Ibi *accepiſſe à maioribus ſuis, & credere ita eſſe, &c.* & dico plus, nem pé quod Teſtes non ſunt neceſſarij ad probandũ, quod eſt notorium, & ex publicis documẽtis conſtat, ſed ex dicta fide publica evidenter probatũ fuit Eccleſiaſticos vinũ vendere ergo, &c.

229 Secundò, quod ad obſervandam dictam prohibitionem omni lege tam divina, & naturali, quam canonica, & civili Eccleſiaſtici tenẽtur, ex illa ratione, quod tanquam bona, honeſta, & æqua ipſos ligat, cum iuſtum eſt, quod ſi ex dicta prohibitione comodum ſentiunt, & onus ex ipſa provenienſ ſentire habeant (ſicuti ſupra diximus, & pulchrè ſcripſit cit. Anſad. *de iuriſdict. d. par.5. tit.3. cap.3. à nu. 243. vſque ad finem dicti cap. & in nu.* 258; Ibi.

230 *Comoda qui ſentis, iunges onus emulumentis.*

Vnde tãquã iuſta, & cõformis omnibus legibus inviolabiliter ab Eccleſiaſticis obſervari debet; imó peccãt ſi eã nõ obſervãt (q̃modo ſupra ex Luca de Pẽna, & alijs probavimus (imò plus dico, quod Clerici magis iſtæ prohibitioni, quã illæ armorũ prohibitorũ inviolabiliter obedire tenẽtur, & nõ trãſgredere; ex eo quia arma adducere ad propriã defẽſionẽ tãquã act' indifferẽs de per ſe ſolũ nõ eſt malus; (tãto fortius, quod prohibitio noſtra, & publicam, & privatam vtilitatem omnium Clericorum principaliter, immediatè, & proximé reſpicit, & écontra mediaté, remotè, & per quandam conſequentiam illa armorum;) Sed vinum forenſe in Civitatẽ abſquè licẽtia, in caſu noſtro, inferre, de per ſe malum eſt, quia per immiſſionem illius

via

via fraudibus aperitur,(& statutum removens occasionem fraudis cōmittendæ dicitur cōtinere publicam vtilitatem;ita Cancer.*variar.resolut. cap. 8.num.62.par.1.*) & quia contra æquitatem naturalem, & canonicam id fit, sicuti ex omnibus supradictis patet; & sic in facilioribus terminis versamur.

231 Tertiò dico, quod si casus dictarum decisionum nostram quæstionē non determinant; attamen negari nō potest,quod ratio ipsarum punctualitér eam definiunt;ex eo quia de duobus disputamus, nempè si statutum laicorū causa publicę vtilitatis,& privatę Ecclesiasticorū factū valet,& ipsos ligat comprehēditquè;& si dato,quod eos comprehēdat, àn pœna ab ipso imposita à Iudice Ecclesiastico,aut sæculari exequenda sit; Civitas omnia affirmat, conceditquè,& adversarij negant,& contrariant vtrumquè; saltē concesso primo,secūdum non admittunt, ex illa sola,& vnica ratione,quod ex quacumquè causa,nunquam capaces exercendi iurisdictionem in Clericos laici esse possunt, contra quam sic dilemmaticé arguo primo; aut dictum statutum laicorum exportationem armorū prohibens valet,aut nō;si non valet,quomodo prohibitio prædicta Ecclesiasticos comprēdit? & quomodo executio vigore,& virtute ipsius valida est,& iuridica declarata fuit: aut valet (sicuti valere negari non potest) ergo dictum statutum laicorum in aliquibus casibus Ecclesiasticos ligat; & sic ratio incapacitatis iurisdictionis simpliciter vera non est; cum solum militat quando finis ipsius,nec iustus, nec honestus, nec rationabilis esset, cum si talis non sit ipsos non ligat;secus verò si talis (pro vt supra probavimus.) Sed in casu nostro,quod honestus, & bonus finis sit,probatum fuit; igitur valida consequentia (ex dictis certis pręmissis) infertur,quod Ecclesiasticos prohibitio,seu privilegium prędictum ligat, ac comprehendit.

232 Secundò dico,aut semper quādo statutum laicorum Clericos comprehēdit,& ligat pœna ab illo imposita ab Ecclesiastico Iudice faciēda erit, aut nō;si non,intentū habemus;si semper,quęrò quomodo in casibus prędictis à secularibus fit,& si respōdetur, quod apprēsio armorū,& aliorum supradictorū executio vera nō est:& ego dico, quod eodē modo in casu nostro dicendum erit, cum in lævioribus terminis sumus, ex eo quia Civitas executionem fecit cōtra vinum forense à seculare subdito absquè licentia immissum,& apprensum; & non contra arma à Clerico metipso ablata scienter sua esse,sicuti in themate proposito.

233 Si verò dicitur quod arma prohibita aportare licitū nō est,secùs verò vinū.Respondeo sicuti supra,quod nō est sic dicendū in præsenti facti specie, vnde adest prohibitio magis adstringens, quam illa armorum, & per consequens si in casu abstracto, & generaliter vinum adducere non est in se malum, tamē cum circūstantijs supra traditis malissimum est;Ex quibus omnibus est cōcludendū,quod in aliquibus casibus statuta laicorū Ecclesiasticos comprehendere indubitati iuris sit, sicuti etiam non esse iudicibus,alijsquè personis secularibus semper prohibitum,imò aliquando permissum pœnam à statuto impositam etiā contra Ecclesiasticos exequi; & cum in præsentiarum, in terminis versamur, in quibus statuta laicorum Ecclesiasticos comprehendunt,& executio pœnæ trāsgressionis (ex dictis) ab

ab ipsis fieri potest; quapropter meritò bené, rectè, iuridicèq. Civitas processit, & per consequens ista contentio in favorem ipsius declarari debet; sicuti pulchrè ista mea sententia confirmari videtur (in terminis difficilioribus, & quando illa, quę in casu nostro adsunt, non cōcurrunt) à cit. Fontanell. *in decis. 309. in num. 1. & 2. & in num. 12. vsquè ad finem.*

234 Obijcies vltimo omnes doctrinæ, & rationes supra adductæ, ac ponderatæ videntur solum concludere, quod Ecclesiastici teneātur onera, collecta, gabellas, & alia solvere, & non quod stricti sunt ad prædictam prohibitionem observādā.

235 Respōdetur, quod tam doctrinæ, quam rationes adductæ aliquæ sunt generales, circa concernētiā ad onera, collecta, & alia solvēda, & sustinēda; aliæ veró particulares, & determinantes nostram questionē. Et postea quis negari potest, quod rationes, & doctrinæ generales (si quæ adsunt) in terminis fortioribus quam nostris loquuntur!, & casum nostrum determināt, ac decidunt!; cum quis ignorat, quod magis est onera sustinere, gabellas, collecta, & alia sólvere quam profiguam prohibitionem observare!, quæ aut multum commodum Ecclesiasticis omnibus Balagarij affert, (sicuti dictū est) aut quid minimum damnū, & si quod est (quod negatur) inconsiderationem non venit ad hoc, vt Ecclesiastici prædicti eximantur à dicta prohibitione laicorum, provt ità dicit (Forsan. ab adversarijs citandus) Paris. *in cōsil. 27. n. 54. in fine & num. seq. lib.* 1. & nos supradiximus: vnde fugatis iam ex omnibus dictis nebulis contrariorum obijectionum, & argumentorum, refulgens (sicut Sol) summa iustitia Civitatis remanet.

236 Meritò ad respondendum ad aliquas Doctrinas, quæ ab adversarijs in sui favorem allegari possunt devenio, & præcisé ad illas, quas forsan dicti contrarij, nostræ supra fundatæ opinioni magis obstare, & cōtrariare credunt; Prima verò doctrina, quæ cōtra nos adduci potest est illa Fontanell. *in decis. 131. à nu. 17.* vbi decisū refert, quod ędictū domini, per quod Clerici prohibētur nè possint in certo tempore vendere suū vinū; cōtra libertatē Ecclesiasticā est, & per cōsequēs illos nō cōprehēdere declaratū fuit; Respōdeo transeat doctrina, quia cōtra nos nō loquitur, cū nec casus, nec ratio ipsius ad nostrū adaptari potest; Nō casus, quia ex lectura dictæ decisionis nobis nō obstare colligitur; Nō ratio, quia in dicta decisione nō cōcurrebāt tot requisita, quæ in casu nostro adsūt, & præcise cum ibi nec de cōmodo publico, nec de vtilitate Ecclesiasticorū tractabatur, sed tantūde beneficio domini, qui fecit ad sui favorem prędictū ędictū, & sic sumus omnimodè extra terminos dictæ controversiæ, cum ex illo immunitas Ecclesiastica lædebatur, sed secus ex nostro.

237 Alia Doctrina potest esse illa Baldi *in consil.* 198. *lib.* 2. à pluribus Doctoribus adducta, & in proposito allegata, ad quam respondeo dicendo quod Baldus prædictus in nostri favorem determinat, sicuti ostendimus supra *in num.* 18. nec obstant illa verba ibi. *Nam si erat præsbiteri non potuit confiscari.* Primò, quia dictus Doctor non figit pedes, nec disputat ad partem materiam, sed tantùm perfunctoriè cum in toto consilio solum dicta verba dicit de ista quæstione. Secundò in casu Baldi statutū non erat favore publicæ vtilitatis factum, nec etiam ad propriam vtilitatem Ecclesiasticorum, sed solum in favorem ipsorum, qui vineas in territorio tantum ha-

 bebant;

bebant; sicuti terminantér respondit Menochius in citat. *consil.* 800. *n.* 30. ibi. *Respondetur in casu Baldi non versari publicam vtilitatem, sed primam Civium, &c.* Et postremò quia ibi (cum non tractabatur nisi si benè processit Curia Sæcularis ad executionem faciendam contra conductorem vini Ecclesiasticæ personæ) non fuit necessarium tot, & tanta dicere; (sicuti nos in præsenti allegatione dicimus, & tamen in terminantibus terminis versamur) quia fuit habito pro constāti quod benè potuit Curia Sæcularis, & rectè, iuridicèque ad executionem faciēdam devenire, tam contra vinum, quam contra bona, ex illa vnica ratione, quia conductor Ecclesiasticus foro privilegij non gaudet, & nunc contrarium prætenditur. Et sic nō fuit à Civitate, aut Curia Sæculari probatum statutum esse emanatum pro publico Reipublicæ bono, nec non pro privata vtilitate Ecclesiasticorum ad finem, vt proprium vinum in territorio collectū, vel vendant maiori prætio, vel prius quam forense, ad hoc vt illud nō amittant, ex eo quia omnes Ecclesiastici illius loci vinum forsan habuissent, sicuti in casu nostro à Civitate vtrūque probatum fuit; nempè, & commune, & privatum cōmodum dictam prohibitionem respicere, & sic Baldi decisio pro nobis, & non pro adversarijs stat.

238 Nec etiam obstat Menochij Doctrina in cit. *consil.* 800. *in d. nu.* 30. (Ibi. *Respondetur non versari publicam vtilitatem, sed privatam Civium. Nam Statutum illud non prohibet exportari vinum à Civitate, quod commodum, & vtilè publicum fuisset, sed vetabat ne in ipsam Civitatem importaretur vinum natum extra territorium ipsius Civitatis, id quod vtile erat Civibus habentibus prædia in ipso territorio. Prohibitio enim ne invehatur in casu penuriæ, & caritatis est, sicuti é contra prohibitio ne exportetur efficit, vt Civitas ipsa abundet vino, & annona.*) Ex eo quia per totum dictum consilium in favorem Civitatis concludit; & tantum obitèr ad dictam Baldi doctrinam respondendū dicta verba dicit, cū ibi tātū tractatur si statutū laicorum ex publica causa factum Ecclesiasticos cōprehendit, & fundat ex pluribus rationibus quod sic; nec ibi citatus Doctor de nostra materia tractat, nec disputat nostram questionem. Secundò, quia Menochius prædicta dicit, quando prohibitio solum commodum particulare illorum in territorio Civitatis vineas tenētium respicit, & non quando respiceret publicum bonum, vel quia omnes Cives tam laici, quam Ecclesiastici in territorio vineas haberent, vel vinum in illo productum recolligerent; quia in isto secūdo casu pro indubitato tenet Ecclesiasticos cōprehendere, sicuti ex dictis verbis, & per totum consilium cognosci potest; & sic tota quæstio dicti Doctoris non est in iure, sed in facto. Sed in casu nostro dicta concurrunt sicuti ex facto, & ex processu constat, cū Civitas plené probavit, (& nihil in contra adversarij) quod prohibitio prædicta, & privilegium non privatam vtilitaté, sed publicam tam laicorum, quam Ecclesiasticorum perspiciūt, ergo doctrina Menochij stat pro nobis.

239 Nec obstat dicere, quod ratio dicti Doctoris terminantér adversus nostram opinionem concludit, cum dicit, quod prohibere né vinū forense in Civitatem invehatur, non est abbundantiam respicere, sed tantùm pœnuriam; Cum primó respondetur, quod in casu Menochij vtiquè

què ad pœnuriam,& nõ ad vbertatem dicta prohibitio tẽdebat;sed in nostro Civitas concludenter contrarium probavit; Secundò dico , quod ratio Menochij, & si generaliter, & in abstracto considerari potest, & quando prohibitio solum ad vtilitatem privatam,& non publicam tendit; Attamen secùs in casu nostro concreto , quod commune bonum laicorum , & Ecclesiasticorum privilegium,seu prohibitio concernit (sicuti dictum est;) Tertiò, quia , & si videtur prima facie dicendum , quod dictum privilegium tanquam prohibens né vinum forense in Civitatem inveheatur , & non quod productũ in territorio ipsius nõ exportetur , magis quã vbertati, pænuriæ prospicit ; Tamen si bené finis dicti privilegij consideratur claré colligitur, & cognoscitur , quod in nostro casu contrarium respicit,nempè , abundantiã, vtilitatem , commoditatem , & multa alia bona omnium Civium tam laicorum, quam Ecclesiasticorum, tam divitum, quam pauperum; sicuti diximus,& probavimus in *num.92. & seqq.* & in alijs numeris vbi me remitto;& sic nec doctrina , nec ratio,neque casus dicti Menochij nostræ sententiæ contrariatur , imò totum consilium in favorem ipsius stat.

240 Dianæ Sententia *in tract.2.de immunitate Ecclesiastica par.1.resolut.70. per totam*, nec etiam nobis officit cũ postquam dictus Doctor quesivit vtrũ statutum laicorum né vinũ in Civitate invehatur ligat Ecclesiasticos, & adducẽdo DD. affirmativã partem tenentes subiungit, ibi, *sed non sunt audiendi , &c.* & citat Bellet. *in disquisit. Clerical. part. 1. tit. 6. §. 3. num. 3.* Baldus *cons.198.* Menoch. *cons. 800. num. 29. & seqq.* Rip. *in tractat. de peste. in tit. de Remed. ad conservandam vbe rtatem num.122.* Ioan. de Amic. *cons. 18. in fine* Gramatic. *decis. 100.num.15.& 16.* Marth. *de iurisdict. part. 4. centur.1.cas.2.n.13.* Et postquam dictos DD. qui negativã opinionẽ tenent; citavit,dicit ibi. *Et ratio est quia tale statutũ non respicit publicã vtilitatẽ,sed privatã illorum Ciuiũ qui habent vineas,& prædia in territorio, sed Clerici non tenẽtur quãdo statutũ latũ est propter publicã vtilitatẽ,nisi talis vtilitas nõ respiciat æque principaliter clericos, & laicos,ergo multo magis nõ obligabit,si respiciat tantũ vtilitatẽ aliquorum,vt est in casu nostro,de quo loquimur, vnde non approbo consuetudinẽ huius Vrbis,si adhuc tamẽ observatur,per quã non possunt introyre vina recollecta extra territorium , si clericus comprehendat;nam vt diximus non includuntur, nec possunt includi in tali statuto & etiam nostram sententiam (præter citatos) docet Bursat. lib. 1. consil. 42. num.18. & consil. 93. num.26. & Covar.in cap. possessor. part.2. §. 4. num. 8. de Regul. Iuris.* Et hæc Diana; Ex quibus non solum nostra supra fundata sententia ; nõn oppugnatur,imò ex dictis magis firma remanet, ex eo quia nec doctrina, nec rationes à dicto Doctore adductæ nobis obstant,imò adiuvant;non doctrina quia doctor est intelligendus secundum iura , & doctrinas quam allegat ita Costa Sicul. *cons.2.nu.98. & consil. 59. nu. 32. & consil. 70. num. 31.* Gaspar.Gaballin. *de evict. §.4.num.28.* Gratian. *disceptation. forens cap.213.nu. 33. tom.2.* Rota Genuens. *decis.33.num.7.* cit. Ansald. *de iurisdict part. 2. tit. 9 cap.6.num.28.* Doctrinæ verò allegatæ à Diana dicunt tunc solum Ecclesiasticos statutum laicorum non comprehẽdere,quãdo beneficium publicum non respicit, sed solam privatem vtilitatem, sed quando per dictum

statu-

statutum commune omnium bonum perspicitur secus;(sicuti supra ostendimus,& infra claré, & melius dicemus,) sed in casu nostro per dictã prohibitionem,seu privilegium vniversale commodum perspicitur,ergo Doctrina Dianæ pro nobis manet.

241 E si dicta solum sufficerent ad demonstrandum, quod etiam rationes à dicto Doctore adductæ nostram sentẽtiam firmant. Attamen ad maiorem dilucidationem dico,quod Diana,ibi querit vtrum statuta laicorum de vino in Civitate non adducendo Ecclesiasticos comprendit, & respondit, quod si solum vtilitatem aliquorum civium,qui vineas in territorio, & prædia tenent respiciunt non valent,nec eos cõprendit,secus verò si publicũ bonum,& privatam vtilitatem Clericorũ , & nos hoc nõ contendimus sed confirmamus. Remanet igitur videndum in quo casu sumus; nempè si in primò, aut vltimò; & certum est nos versari in secundó , quia privilegiũ , & probibitio prædicta tendũt ad publicam vtilitatẽ Civitatis Balagarij,& omnium civium ipsius,nec non ad privatam omnium Ecclesiasticorum Civitatis prædictæ,sicuti esse per quasi matematicas demonstrationes ostendimus *in n. 92. & seqq.* & per totã istam allegationẽ, & Civitas plenè concludenterq; probavit,sicuti in processu constat. Et sic ex dicta Doctrina Dianè clarè colligitur, quod statutum laicorum de vino in Civitate non adducendo, si publicum bonum , & privatum cõmodum æquæ principaliter tam Ecclesiasticorum, quam laicorũ respicit , & concernit omnes ipsos comprendit , & ligat. Sed á nobis plenè, & à Civitate probatum fuit (sicuti dictum est) quod privilegium, & prohibitio prædicta, & alia quam multa requisita magis favorabilia tendunt ad dictum finem;igitur ex duabus præmissis certis consequentia infallibilis deducitur; nempè,quod sub dicto privilegio,seu prohibitione Ecclesiastici comprenduntur, & doctrina Dianæ terminanter casùm nostrum decidit.

242 Grassus *de effect. clericat. in effect. 2. in num.* 315. *&* 316. nihil dicit contra nos,quia ibi querit etiam,si statuta de vino in Civitate non deferẽdo Ecclesiasticos comprehendit , & postquam citavit Doctores affirmativã sententiam tenentes,concludit ex Bald. Covarr. Rip. & Ioan. de Amicis Grãmatic. & Menoch. in dictis locis quod non , quia publicam vtilitatem omnium civium non respicit , sed tantum eorum qui vineas in territorio habent sicuti ex suis verbis patet ibi. *Hoc statutum non respicit publicam vtilitatem, sed privatam illorum civium qui habent vineas in territorio (& iudicio meo) hæc est magis vera , & communis opinio. Licet contrarium servetur in hac Vrbe Panormitana,in qua non possunt introyre vina recollecta extra territorium.* Et cum doctrinæ á Grasso adductæ,& rationes sint ipsæmet citatę, & põderatæ ab alijs supra citatis DD. igitur omnes responsiones adductæ adversus dictas doctrinas ad istam conveniunt;& sic Grassi sententia in nostrũ favorem etiam stat,ex dictis.

243 Bellet. in loco à Dian. citat. postquam proposuit questionem vniversalé,vtrum laicorum statuta Ecclesiasiasticos comprendunt,tantum persũctorié dicit ibi. *Neque arctat Clericos huiusmodi ædictum , si prohibent intromissionem frumẽti,vel vini extra territorium Principis* , & citat super citatos DD. præter Covarr. qui dicit cõtrariũ sẽtire sicuti verè sentit *in d. cap. possessor*

sessor §. 4.*part.* 2.*de regul. iur. in num.* 2. Vnde patet ex prædictis quod dictus Doctor non degustavit materiam sed tantúm; se conformavit cũ opinione prædictorum DD. qui omnes pro nostra sententia decidunt, & determinant;(sicuti supra ostendimus,& infra meliùs probabimus)ergo etiã doctrina prædicta (quæ secundum citatam intelligi debet quomodo dictum est) nostræ opinioni non solum non adversatur,sed eam confirmat.

244 *Decisio* 100. Gramatic. non meretur (meo iudicio) contra nos allegari, cum ibi fuit inchoata lis coram iudice sæculari; & agebatur principaliter si statutum laicorum de vino extraneo in Civitate Salerni non adducendo Abbatem, & Monasterium Sancti Benedicti comprehendebat, & concludit quod ex eo quia vinum extraneum erat recollectum ex vineis, & predijs proprijs dicti Monasterij existentibus extra territoriũ dictæ Civitatis, (pro vt patet in *num.*19. dictæ decisionis), & quia Civitas prædicta tantum oretenus asserebat dictum statutum pro bono publico esse,sed nihil de hoc probavit, nec in processu cõstabat, imò per privilegia præsentata contrarium apparebat, ac etiam quia nec articulatum, neque probatum fuit,de vetusta, nec immemoriali consuetudine præcedenti titulo privilegiorum Regiorum allegato, pro vt *in num.* 26. dictæ decisionis legitur. Et quia nec Abbas, nec Monasterium nũquam cõsenserunt in eo pro vt ex *nu.* 20. 21. 22. 23. 24. *&* 25. decisionis prædictæ cõstat; ex quibus Gramatic.cõcludit in fine dictæ decisionis ibi.*Ex quibus per me adductis, & cæteris cõsideratis per Magnificos Dominos de Sacro Cõsilio fuit decisum capitula, seu statutum Civitatis Salerni, & pratensa privilegia non comprendere, nec afficere prædictum Monasterium, & Abbatem Sancti Benedicti, aut eius Monachos, sed eisdem libere licere, dicta vinã intromittere pro libito voluntatis absque impedimento aliquo.*

245 Sed in casu nostro plenè à Civitate, & à nobis probatum fuit (& ex processu constat; & non tantum verbaliter asseritur) quod dicta prohibitio commune bonum, & particulare Ecclesiasticorum Balagarij concernit, & etiam articulata,& concludenter probata fuit, vel immemorialis, vel vetusta, aut centenaria consuetudo (quæ ex supra dictis sola sufficit) precedente non solum titulo privilegiorum Regiorum allegato, sed ostenso; nec non quod omnes Ecclesiastici prædicti consenserunt in dicta prohibitione eam observando, licentiam petendo, plumba recipiendo, & alia faciendo; Imò quod Episcopus Vrgellensis etiam licentiam infacti contingentia petijt (cum ipse etiam, & alij Episcopi, & Abbates vinum recolligunt in territorio Civitatis, ideo eorum vtilitatem respicit, ex supra traditis) ac etiam quod fuit privilegium prædictum expressé, aut tacitè confirmatum à Summo Pontifice,& finaliter quia vinum forense quod inferre volunt Ecclesiastici in Civitate,non est proprium eorum tãquam recollectum ex patrimonialibus vineis extra territorium existentibus; (sicuti in casu Grammatici,) sed solum emptũ ab exteris animo, vel fraudandi, vel negotiandi;(pro vt supra probavimus,) & si in casu Gramatic. est licitum,secùs verò quando vinũ emitur ab Ecclesiasticis;ita dicit pũnctim Xamar. *de offic. Iudic. & Advocat.in part.*1.*quæst.*11.*num.* 125.*&* 120. qui est sinè desidia legendus cum *in d. num.* asserit Gramatic. & Mart. *de*

 iurisd.

iurisd. in supra cit. loco in his terminis loquutos esse; ergo non solum nos versamur in terminis longioribus dictæ decisionis, imò illa in nostrũ favorem determinati tanto fortius quod hic non fuit principaliter ab omnibus Ecclesiasticis reclamatum, & coram Regia Audiẽtia Iudice cõpetenti Civitatis petita declaratio, quod ipsi sub dicta prohibitione nõ essent cõprehẽsi, ac proinde quod præciperetur Civitati Balagarij, vt absq. impedimẽto aliquo pro libito voluntatis ipsorum permittat vinũ forense absq. licẽtia in Civitatẽ ab ipsis introduci, & declaret eos nõ esse comprehensos sub dicta prohibitione: possessione in qua Civitas reperitur, consuetudine, privilegio & omnibus alijs prædictis nõ obstantibus; sed tantum incidenter prætendunt, quod per hanc causã contentionis omnia debent annullari absque vllo alio iudicio intẽtato, aut sentẽtia aliqua precedẽte: (sicuti supra plenè diximus) & est observatione dignum quod non fuit per dictum Sacrum Consilium Neapolitanum (Tribunal nemini secũdum), decisum quod statutum prædictum omnes Ecclesiasticos Civitatis Salerni non comprehendebat, sed solum Monasterium, Monacos, & Abbatem Divi Benedicti, ex eo quia in illud non consenserunt, & principaliter contra Civitatẽ prædictam litem agitaverunt; Et in casu nostro non solum Canonicus de Esteve, sed omnes Clerici (qui consenserunt tacitè, aut expressè in dicta prohibitione) prætendũt nõ solum eos, sed nullos Ecclesiasticos sub illa comprehensos esse; & quod plus est etiam illos, qui illam spontè observare volunt; cõtra adducta in pulchro, & quasi simili casu à citato Grasso *de effectib. Clericat. effect.* 4. *num.* 207. ex quibus omnibus nõ obscurè dignosci potest, si contra Civitatẽ, aut adversarios dicta Grãmatici decisio stat, & loquitur.

246 Nec obstat dicere (ad hoc vt nihil intactum relinquã,) quod privilegium prædictum de Ecclesijs, Ecclesiasticisquè personis non loquitur, vndè meritò si privilegium non adest, per consequens nec probibitio valère potest, cum ista virtute ipsius emanata fuit, & sic sumus propriè in terminis decisionis Grammatici. Nam respõdetur Primò, quod in casu nostro per privilegium à Civitate præsentatum, & productum evidenter apparet, ac colligitur in eo de Ecclesijs, Ecclesiasticisquè personis loqui, cum ex lectura ipsius patet, quod Dominus Comes Vrgellensis apportationem vini forẽsis in Civitatem Balagarij absquè ipsius licentia prohibet omnibus, & singulis personis cuiusvis status, & conditionis sub pœnis in ipso contentis; Fratribus solum Conventus Sancti Francisci exceptis.

247 Et si dictus Dominus Comes generaliter, & indefinitè tantum omnibus personis vinum in Civitatem adducere prohibuisset, attamen in casu nostro Ecclesiastici comprehenderentur, ex eo quia, & si sub generali, & indefinita loquutione Clerici comprehensi non sunt, attamen secùs dicendum erit quando ad publicum bonum, & privatum Ecclesiasticorum loquutio dirigitur, quia tunc tam laicis, quam Clericis comprehendit. Sed in casu nostro publicum commodum omnium civium, & privatum Ecclesiasticorum prohibitio prædicta concernit; (sicuti omnia supra fundavimus) ergo in casu nostro concreto sub generali, & indefinita loquutione dicti privilegij etiam Ecclesiastici comprehenduntur.

248 Secundò, quia cũ dictus Dominus Comes prohibuit omnibus (præter Fratres Conventûs Divi Francisci) vinum in Civitatẽ inferre, expresſé, & virtualiter ſub illis verbis includere, & comprehendere omnes alios Eccleſiaſticos Civitatis Balagarij voluit, cum exceptio ponit regulam in caſibus non exceptuatis, & caſus non excepti expreſsè dicuntur in privilegio comprehenſi Ferrer. *ſuper obſervat. cap. 20. num. 14. par. 1.* Fontanell. *deciſ. 297. num. 18. verſ. vnum ſolum haberet*, Dueñ. *in axiomat. iur. lit. C. num. 16*; & colligitur ex Plinio minore *epiſtolar. lib. 3.* Voconio Romano ſcribente adnota (inquit) *quæ putaveris corrigenda, ità enim magis credam cætera tibi placere, ſi quædam diſplicuiſſe cognovero*; Quod etiam expreſsè colligitur ex Domini Comitis Vrgellenſis mente, cùm ſatis illud expreſsum cenſeri dicitur, quod ex mente, ac voluntate diſponentis, aut ſtatuentis deprehenditur *l. Prætor. §. 1. vbi* glo. Bart. Bald. Angel. *& alij ff. de oper. nou. nunciat.* Pariſ. *conſ. 3. num. 55. & conſ. 11. num. 4. lib. 3.* Cravet. *conſ. 147. num. 2.* Maſtrill. *deciſ. 86. num*; vel quod ex verbis in ipſa diſpoſitione, ſeu lege prolatis tacitè conſurgit Bart. *in l. fideiuſſor. §. meminiſſe ff. de legat. 1. l. vxor. §. agri, ff. de legat. 3*; Cephal. *conſ. 196. num. 12. tom. 2.* quamvis illud perſpicuis verbis non ſit demonſtratum Ruinus *conſ. 108. nu. 16. vol. 2. & conſ. 64. nu. 10. vol. 5.* Bec. *conſ. 84. vol. 2*; expreſſio enim, quæ ex generalibus verbis inducitur individuè reſpondet, & æquiparatur expreſſionis, paremq. ſortitur iuris effectum, Ciarlin. *controverſ. forenſ. cap. 147. n. 23. tom. 2.* & dicitur expreſſio individua, quæ venit ex generalitate verborum Capic. Latro *deciſ. 1. nu. 5. lib. 1.* Rot. Rom. pœnes Duran. *deciſ. 36. num. 7. tom. 1.* quæ ſunt adeo certa, vt locum habeant, etiam vbi expreſſio de forma requiritur cit. Ruin. *conſ. 121. num. 11. vol. 2.* Bert. *conſ. 3. nu. 9. vol. 3.* Rot. Maceratenſ. apud Tomat. *deciſ. 50. num. 2. fol.* 173.

249 Et certum eſt, quod ſi Dominus Comes prædictus noluiſſet Eccleſiaſticos Civitatis Balagarij ſub dicto privilegio prohibitivo comprehendere, neceſſarium non erat dicere, quod nulla perſona vinũ forenſe inferre auderet, præter Monaſterium Sancti Franciſci, cum iſtud erat exemptum, ſicuti alij Eccleſiaſtici, ſi non fuiſſent omnes comprehenſi ſub dicta prohibitione, & ſic ſuperfluũ erat dicta verba dicere, & certum eſt in iure, quod potius toleranda iuris comunis correctio, & verborũ impropriatio erit, quã ſuperfluitas, de qua re plura apud Aguſtinum Barboſ. *axioma 216. ſurperfluitas ſuperfluum*, & rurſus *axioma 222. verba*: Ideo prudenter egit Comes Vrgellenſis, & ſi ſpecificè Eccleſiaſticos non nominavit, hoc fecit quia neceſſarium non eſſe duxit, cum privilegium illud adeò manifeſté vti probatum eſt in bonum publicum tenderet; & conſenquenter omnes tum laicos, tũ Eccleſiaſticos comprehendi dubiũ non erat, quod profecto idem eſt ac, ſi expreſſé, & individualiter eos nominaviſet (ex dictis,) & ſic faciẽdo, ſe conformavit cum regula in his caſibus à Doctoribus tradita; nempé, quod ſpecificè Eccleſiaſtici non nominantur ad finem, vt ſub ſtatutis laicorum reſpicientibus publicam vtilitatem omnium civium, & privatam ipſorum comprehendantur.

250 Tertiò, quia ſi contingit diſputare, an aliqua prohibitio, ſtatutum, privilegium, aut lex certas perſonas, & caſus comprehendunt, aut non, in

dubio

dubio recurritur ad observantiam subsequtam, vt supra latæ fundavimus; séd in casu nostro aut est clarum, quod dictum privilegium de Ecclesiasticis loquitur, & ipsos comprehendit, aut non; si sic, (ex dictis) sumus extra controversiam; si non, recurrere ad observantiam oportet, quam in casu nostro invenimus, quod semper fuerunt Ecclesiastici ex dicta prohibitione comprehensi, sicuti diximus, ergò etiam ex isto capite intentum habemus; Ex quibus omnibus non obscuré patet, quod prædicta Grammatici decisio nō solum in multis diversis terminis loquitur, sed (quod plus est) in nostrum favorem individualitèr decidit, ac determinat.

251 Rubeus *in 9. par. recentior. tom. 2. decis. 412. per tot.* (meo iudicio) nec etiam allegari meretur, ex eo quia in casu nostro non loquitur; & si perfunctorié in aliquibus locis non nullas legales conclusiones adducit, quæ prima facie contra nos concludere videntur, attamen re meliùs perpensa, & attenté considerata in nihilum nostram sententiam officiunt, ex eo quia præcitatus Doctor in multis diversis terminis loquitur, nempè, quod cum Illustres Domini Consiliarij huius Nobilissimæ, Magnificentissimæ, & Illustrissimæ Civitatis Barchinonæ prætendebāt, quod omnes Ecclesiastici pro quacunqué re pro eorum vsu inservienda, quam inferre, vel extraere voluissent, gabellas, quas laici consueti, & soliti solvere erant, soluissent; Ecclesiastici verò recusabant, & factum compromissum, & laudum ab Archiepiscopo Terragonēsi, & Ferrario de Minorisia, nempé, quod de bonis separabilibus Ecclesiastici non solverent, de inseparabilibus solverent, & postea in principio cuiuslibet mensis eis restituatur quidquid soluisse cōstaret, & cum noluerunt post aliquos annos elapsos Ecclesiasti dicto laudo stare, (cum in aliquo tempore fuit dissensus Episcopi, & Ecclesiasticorū, pro vt in *num. 9.* dictæ decisionis) principaliter iudicium introductum coram Sacra Rota fuit, & materia aggitata, & disputata prius mediante decisione determinata remansit, pro vt infra dicemus.

252 Tamén, cum d. Doctor Rubeus Ecclesiasticus est, solū ea quæ in favorem Clericorum dictæ fuerunt, & dici potest, in dicta decisione refert, & sub calamo reliquit omnia, quæ in favorem Civitatis dicta fuerunt, & allegari poterant, cum certum sit, quod in vna causa pro, & contra partes scribunt; sed (his non obstantibus) in *num. 59.* dicit, quod vnus ex dominis Rotæ Auditoribus loqutus fuit, dicendo, quod omnia prædicta, (& longa cantilena, & concerie à Rubbeo adducta) erant cum grano salis, & cum mensura intelligenda, & non simplicitèr, & tam vaghè, & genetralitér, sicuti in dicta decisione narrabatur, (ò quanta est veritatis vis) *& in nu 60. & 61.* concludit dictus Rubeus, quod Sacra Rota determinavit, ac decisit, quod Ecclesiastici solvant, & in fine Civitas quod iurant solvisse restituat, sicuti in multis Civitatibus fieri consuetum est, & hæc fuit decisio habita post tot congesta; & à Rubeo ruminata; Et sic nescio quo impulsu exclamare coactus sum cum Summo Pontifice Innocentio ad Exuperium Episcopum Tolosanum *in cap. Quæsitum est 45. 23. quæst. 4.* Ibi *Meminerāt enim à Domino potestates fuisse concessas* (idest laicis) *&c.* & prosequit mirabiliter ad propositum, ideo omninò videndus est, & postea subiungit, Ibi *Et quod Divus Augustinus, quod est transumptum in cap. Imperator 93. 11. q. 3. ità*

3. *ità loquitur, Ibi, quando Imperatores veritatem tenent pro ipsa contra errorē iubent, quod quisque contempserit, ipse sibi iudicium acquirit; nam, & inter homines pœnas luit, & apud Deum sortem non habebit, quia hoc facere noluit, quod ei per cor Regis ipsa veritas iussit, &c.*

253 Et quis ignorare potest, ! quod privilegium à Domino Comite Vrgellensi datum, & à Cattolica Maiestate Domini Phillippi Quarti Nostri Regis Serenissimi (cuius anima in Cœlestia Regna requiescit) confirmatū; & prohibitio, quæ ad præsens in Civitate manet, & licentia solita, & consueta petere ab Ecclesiasticis, nec non alia prædicta, tanquam omnia honesta, æqua, & iusta veritatem tenent, & contra errorem iubent, cum (ipsis mediantibus) publico bono omnium civium, & privato Ecclesiasticorum commodo Civitatis Balagarij perspicitur, & consulitur, fraudibusquè obviatur; cum certùm sit (& supra evidentèr demonstravimus,) quod si Ecclesiasticis vinum forense in Civitatem inferre (absqué licentia prædicta) permissum, & licitum esset, multa mala, & scandala in illa evenirent & exclamat cit. Ansald. *de iurisdict. in par. 2. tit. 11. cap. 15. num. 218. & seqq.* cum Summis Pontificibus, Ibi. *Quod Alexander 3. in cap. 3. de privilegijs rescribit, cum & plantare Sacram Religionem, & plantatam fovere modis omnibus debeamus, nusquam hoc meliùs exquirimus, quam nutrire ea, quæ recta sunt, & corrigere quæ perfectum virtutis impediunt, commissa nobis authoritate curemus, & quod Clemens 5. de offic. ordin. cap. 1. Episcopis districté iniungit, vt circa correctionem Clericorum vigilantèr intēderent ad hoc, vt Clericorum audacia, qui prætextu privilegij clericalis ordinis impunitatem excessivā obtinere sperantes; non nulla multoties committunt enormia, per quæ nimia diffamatur Ecclesia, & scandala pravia in populo generantur, &c.*

254 Qua propter meritò Sacra Rota semper iustitiæ, & veritatis cultrix in loco cit. (allegatis, & dictis in contrarium non obstantibus) obtemperavit agritér à Rubeo, & alijs Ecclesiasticis Doctoribus proposita, & dicta, & in viam mediam, & iustam devenit; nempè, quod Ecclesiastici interesse, & damnum non patijssent, nec Civitas declarando, quod fraudibus obviare libertatem, immunitatemquè Ecclesiasticam non est lædere; ideo præcepit quod solvant priùs Clerici gabellas omnes, que in Civitate solvūtur à laicis, ac ab alijs personis, né fraudes sub eorum nominibus fiant, & postea eis Civitas redeat, quod verè solvissent, ad hoc vt immuné sint à gabellis, & oneribus non propter publicum commodum, & privatum ipsorum, impositis.

255 His stantibus, nescio quomodò dicta decisio cōtra nos allegari potest; quando in casu nostro de faciendo anticipatim ab Ecclesiasticis gabellas solvere, non tractatur, sed solum, quod vtilem, & profiguam prohibitionem tam ipsis, quam omnibus alijs civibus observant, quæ semper in dicta Civitate tam à laicis, quam ab Ecclesiasticis observata fuit, nec nō quod nihil solvant, sed tantum licentiam petere consuetam per cursum tanti longissimi temporis querant; ad hoc né sub suis nominibus fraudes à non exemptis committantur, vel quod Ecclesiastici à propria vtilitate, & non alia ratione compulsi, vinum forense in Civitatem non inferant, sed immunè mediantibus plumbis omne vinum, quod pro eorum vsu inser-

vire poteſt ad eorum libitum emant in multis tabernis , quæ in Civitate adſunt , & vbi omnia genera vinorum inveniuntur, (ſicuti per fidẽ à Civitate preſentatam *in fol.* 174. conſtat, & nos alibi diximus) vel alia licita,& conſueta ſemper fieri exequant, quę omnia (non ſolum in hoc iudicio cõtentionis, vbi capacitas non adeſt prædicta diſputare ; (quomodo ſupra fundavimus ,) etſi coram Rota principaliter diſputari , & controverti contingerit , non obſtantibus multis genericé ab Eccleſiaſticis dicendis, in favorem Civitatis eſſent decidenda ; nempé quod tenerentur Clerici facere, quod ad præſens faciunt;(ſicuti cognoſci poteſt per dictam Rotalem deciſionem, per quam eis præcipitur, quod ſolvant , & poſtea repetũt, quod eſt magis, quam licentiam petere (pro vt ſupra diximus) vnde colligitur ex omnibus prænarratis, quod ſi tot, & tanta in ſui favorem Civitas non habuiſſet, attamen pro ſæculari Curia , contentio declarãda eſſet & quod deciſio Sacræ Rotæ(quæ eſt attẽdenda , & nõ doctrinæ pro parte Eccleſiaſticorum à Rubeo ſolum adductæ , & allegatæ) pro nobis ſtat.

256 Nec obſtat dicere,quod ibi *in num.* 20, *&* 21. dictus Rubeus dicit, quod Eccleſiaſtici accipere non tenentur (pro vt vulgo dicitur)li poleſini de franqueça ; quia reſpondetur. Primò, quod Doctor prædictus loquitur quando conſuetudo obſervantia, & prohibitio in contrarium non adſunt, & quando Eccleſiaſtici conſueti ſemper non fuerunt illos accipere , ac etiã quãdo ſponté ad eos accipiendos nõ cõſenſerũt; Sed in caſu noſtro ſecùs, cũ omnia ſupradicta, & alia pro Civitate concurrunt; Secũdò, quod Sacra Rota determinavit non ſolum poliſinos de franqueça obligatos eſſe Eccleſiaſticos accipere, imò plùs;nempè gabellas ſolvere,& poſtea á Civitate ſoluta repetere; Tertiò , quia ratio dicti Rubei in caſu noſtro non militat , cum ibi in tantùm dicit , quod non tenentur , in quantum, vel nova onera perſonis Eccleſiaſticis imponuntur , vel timidiores ad exercitium iuris,& immunitatis eis cõpetentis reddũtur,(*vt in n.*22.) quia ſunt aſperi officiales, & defaticant Clericos,& difficiles ſe reddũt,& moleſtos;(*& in n.* 23.) & quia controverſiæ, & lites ſuſcitantur , & Clerici retardantur : ſed in caſu noſtro nova onera non imponuntur perſonis Eccleſiaſticis, quia licentia ab eis petere ſemper conſuetum, fuit (ſicuti ipſimet articulaverũt, & probaverunt, & nos meliús alibi diximus) nec propter hoc timidiores redduntur ad exercitium immunitatis, quia non adſunt officiales in Civitate prædicta, qui eos defaticant, & moleſtant, nec quid aliud mali faciũt, cum adverſarij metipſi non ſolum in caſu noſtro hoc non probaverunt, allegaverunt, articulaveruntque , (ſicuti neceſſe eſſet) imò confeſſi ſunt, quod licentiam ſemper quam volunt illicó , & ſinè vlla retardatione à Civitate habent ; ergo in terminis Rubei non verſamur.

257 Nec etiam dicere obſtat , quod Doctor prædictus *in dicto num.* 23. dicit, quod SacræRotæ ſufficere placuit , vt Clerici in ingreſſu , & regreſſu bona, quæ de per ſe, vel per eorum famulos, ac miniſtros inducere , & extraere velint,officiali ibi reſidẽti ſolũ oſtẽdãt. Et ſi quæſtio inter eos oriretur, an res Clerici eſſet , quia non eſt perſona Eccleſiaſtica , vel bona eius propria, tunc iuramento eiuſdem regularitér terminantur , *& hæc in num.* 27. *Et in num.* 28. ſubiungit, quod ad Iudices Eccleſiaſticos adendũ eſt , ſi dicta

dicta controvertuntur; sed in casu nostro totum oppositum fuit à Civitate factum, & executum; ergo cõtra Sacræ Rotæ determinationem fecit; quapropter meritò, & in censuras incidit, & contentio in favorem Curiæ Ecclesiasticæ declarari debet; quia ad eam spectabat, & pertinebat (ex prænarritis) de dicta causa cognoscere, & non ad Civitatem, aut Curiam Sæcularem, & hæc obijectio Achillis adversariorum est.

258 Igitur si dictam obijectionem à radice évellimus (meo iudicio) negari non potest, quod summa iustitia Civitatis, & Curiæ Sæcularis tam clara remaneret, quod benè meritò dicta contentio à Curia Ecclesiastica firmata vocari posset, sicuti illæ quæ fiambras appellantur; nempé, quod nullum colorem iustitiæ habent, ita Fontanel. *in decis.* 256.*num.*2.

259 Ad quod ocularitér demonstrandũ; dico; quod Rubeus prædictus (pro vt ibi legitur) tantùm generalitèr dicit, quid sit faciendum ab Ecclesiasticis in ingressu, & regressu quando in aliquam Civitatem bona pro eorum vsu, & servitio inferre, vel ab ea extraere volunt, & in isto casu, pro vt in obiectione respondit, & concludit, sed non tractat ibi, quando in aliqua Civitate adsunt privilegium, prohibitio, consuetudo, & observantia, quod Ecclesiastici alicuius particularis Civitatis non possint vinum forense absquè licentia inferre; (quia hoc in bonum publicum Civitatis, & omnium civium, nec nõ in privatum Ecclesiasticorum redundat,) & ad dictum effectum Civitas dat eis plumba, vt immuné vinum pro proprio vsu necessarium, (quod in ipsa venditur) emant; nec quando omnia supra tradita concurrunt, (pro vt in casu nostro,) & sic doctrina prædicta, & omnes aliæ, quæ possũt allegari, & adduci tãqua loquentes in primis generalibus terminis, & nõ in nostris secundis, non merentur cõtra nos allegari; Eo magis, quod quasi possessio iurisdictionis probatur per bandum etiam nõ probato, quod sit ei paritum, Capic.Latro *decis.*77.*num.*13.*&* 15; & in materia iurisdictionis sufficit actum aliquem ad illam pertinentem exercere, idem Capic.Latro *ibidem num.*12, sed Civitas in casu nostro, & bãdum quolibet anno emanare facit, & ei ab omnibus paritum fuit, nec non plures actus (sicuti dictũ est) omni tempore contra etiam Ecclesiasticos exercuit; ergo, &c.

260 Tamen dico, quod ex alio capite etiam extra casum Rubei sumus, cum ibi solùm loquitur, quando (postquam ostensa bona officialis residenti fuerunt) orta inter eos quęstio fuit; In casu verò nostro officialis, qui debebat dictum vinum forense cognoscere, erat Civitas, & non custos, cum ad istum solum spectabat vinum in domum Civitatis ducere, (& non aliud) ad finem, vt ipsa cognosceret cuius illud erat, & si personę exemptæ erant, quæ illud ducebant, vel non, ad hoc vt prius ipsis inspectis potuisset oriri quæstio inter ipsam, & Clericos vinum adducentes, si illud erat proprium ipsorum, vel non, aut si erant personæ Ecclesiasticæ illę, quæ illud ducebant, (sicuti dictum est), & ad illam posteà controvertendam, vel in Curia Ecclesiastica, vel in Seculari (si ista erat in consuetudine cognoscendi) adire, vt eam dirimeret, ac determinaret; sed in casu nostro prædicta à Canonico observata non fuerunt, cum simpliciter, & verbaliter tantum custodi dixit suum vinum esse, (ad quem de hoc cognoscere non spectabat,) & noluit in Civitatem (ad quam pertinebat) ire ad hoc dicen-

dicendum, ergò etiam ex isto capite doctrina in favorem Civitatis stat.

261 Et si contrarij dicunt, quod custos prædictus veré officialis est, & ad ipsum de hoc cognoscere spectat, & non ad Civitatem; & ergo respondeo quare Canonicus de Estevè, & alij contra eum iudicium coram Curia Ecclesiastica Vrgellensis Civitatis non intentaverunt; quod vtiqué esse potuisset (tamen ego non credo,) quod in isto casu contentio in favorem ipsorum determinata fuisset, sed contra Civitatem, se direxerunt, quæ tanquam inscia de dolo redargui non potest; (sicuti supra probavimus.) Et sic si cõtra custodẽ dolosum, & sciẽtẽ aliquo modo Canonicus prędictus licitè conqueri potuisset, secús verò contra Civitatem ignaram dicendum erit.

262 Tanto fortius, quod in tantum citatus Doctor dicta dicit, in quantũ res, vel pœnès metipsum Clericum, vel apud suos famulos, aut ministros ipso præsente, & iurante suam esse, invenitur, quia in isto casu cum plures præsumptiones vrgentissimè concurrãt ad credendũ res Ecclesiasticæ personæ esse; quapropter meritò questio prædicta orta Iudice Ecclesiastico determinanda erit, quia in promptu intentionem fundatam habet, donec contrarium probetur; nempè rem Clericorum esse, cum semper res præsumi debet esse illius, in cuius potestate inventa est, (sicuti punctim dicit dictus Rubeus in loco citato.) Sed res in casu nostro non fuit pœnès ipsummet Clericum, vel ipsius famulos, aut ministros inventa; (quod est multũ ponderãdũ cũ lex præsumit, quod famuli, vel ministri ducũt, rẽ pro suo domino, eo magis, quando iste confirmat cum iuramento sic esse, & pro suo servitio conductam esse, secùs verò si alij,) sed in potestate Michaelis Rogerij laici, qui nec famulus, nec minister dicti Canonici erat, & Canonicus prędictus absqué iuramento suum vinum esse dixit, & sic præsumptio adebat contra Canonicum, & Curiam Ecclesiasticam, & in favorẽ Civitatis stabat, nempè vinũ esse illius, qui illud ducebat, & quia Michael prædictus erat agricula non exemptus, nec per adversarios, nec in promptu, nec ex iuramẽto, nequè ex alijs probationibus plené probatum fuit dictum vinum Canonici prædicti esse, (cum cõtra iuris præsumptionem plena probatio requiritur.) Qua propter meritò bené Civitas processit, cum sicuti, quãdo res inventa est pœnes Ecclesiasticos, vel suos famulos, & ministros, & illi rem suam esse iuraverunt; coram Iudice Ecclesiastico causa tractanda, & agitãda erit, ità, & écontra quando res pœnes laicum nõ famulum, nec ministrum Clerici inventa fuit, nec non Clericus suam esse non iuravit, à Iudice Seculari cognoscenda erit; Eo magis in hoc Principatu, in quo causæ laicorum per Iudices Ecclesiasticos sub quocumquè prætextu tractari non permittuntur, ita cit. Fontanell. *de pact. nup. clauf. 5 glos. 1. tom. 1. num. 23*; & apud Peguer. *in prax. cap. 24.* remedium contra Iudices Ecclesiasticos Secularis Iudicis iurisdictionem perturbantes invenitur; sicuti in casu nostro, quod Civitas turbatur.

263 Et si ab adversarijs replicatur, quod dictum iuramentum Ecclesiastici coram suo iudice competente præstare debent, cum sit inconveniens coram laico (ob in capacitatẽ iurisdictionis ipsius in eo exercendi) iurare

264 Respondetur primò, quod dictus Rubeus totum contrariũ in loco citato dicit. Secundò, quod inconveniens non est in casu nostro iuramẽtum

cum coram Iudice laico præstare: Cum isti dupliciter iurare possunt, idest vel iudicialiter id quod dicunt prævio iuramento affirmare, vel extraiudicialiter aliquid non tantum verbaliter attestare; nempè. (V.G.) dicendo vinum hoc, nostrum est tacto pectore: in primò casu aliqui dicũt, non simpliciter prædicta procedere, vel esse vera, sed in facti contingentia cum distinctione practicanda supratradita sunt scilicet, aut Clerici iuramentũ præstare volunt, aut astringuntur coram Iudice laico in omnibus causis, aut in aliquibus, primò casu regulariter, aut non possunt; aut cum licentia iudicis Ecclesiastici id facere debent, in Secundo verò casu, aut tractatur de iuramento calumniæ, aut de casu ipsorummet Ecclesiasticorum, seu ad purgationem delicti, &c: Et in istis casibus etiam coram seculari iudice iudicialiter iuramentum præstare prohibitum non est; ita Tamburrinus *in præcep. decalogi lib. 3. cap. 5. vers. 5. ob privilegium.* Et prædicta procedũt quando de prestando iudicialiter iuramentum ab Ecclesiasticis tractatur, secùs verò, quando extraiudicialiter, quia in isto casu nũquã prohibitũ est, cũ in dies practicare vidimus, quod in aliquo negotio dicũt Clerici, Religiosi, vel alij loquẽtes cũ iudicibus laicis, vel cũ aliqua alia persona seculari hoc tacto pectore verũ est, &c. Sed in casu nostro extraiudicialiter tantũ iuramẽtũ in isto casu ab Ecclesiasticis præstandũ erit; nẽpè nõ simpliciter asserere rẽ eorum esse, sed ita tacto pectore atestare; (cũ si simpliciter præsumitur quod Clerici dicere possunt suã esse rem, quæ re vera nõ sit; attamẽ secùs quando res poenes eos, vel suos famulos, ac ministros ipsis præsentibus, & cum iuramento atestantibus suam esse invenitur;) & tractatur de propria causa Clerici, & ad purgationem prædicti; ergo etiam ex ista alia ratione tam dictæ, quam omnes aliæ doctrinæ ita loquentes nihil contra nos determinant, & per consequens allegari non merentur.

265 Eo magis quod à Civitate probatum fuit, & ab adversarijs met ipsis (sicuti alibi diximus) quod in quieta, & pacifica possessione etiam cõtra Ecclesiasticos per immemorialem, antiquissimam, aut ad minus centenariam consuetudinem, vel per actus recentiores Curia Sæcularis, seu Civitas manet; & sic non sumus in casu Rebei, qui loquitur in puris terminis, & non quando observantia, seu consuetudo in contrarium adest; cum ista sola (sicuti supra in pluribus locis fundavimus) est sufficiens in certis casibus, & particulariter in nostro ad iurisdictionem dandam contra Ecclesiasticas personas.

266 Nec obstat etiam dicere, quod solum sufficit iuramentum Clerici, vel eius famuli ad probandũ quod vinum adductum inserviebat pro usu personæ Ecclesiasticæ, & sic cũ in casu nostro Canonicus dixit vinũ, quod ducebat Michael Rogerius erat suum, nec non, & ipse Michael qui illud ducebat prævio iuramento dixit dicti Canonici esse, qua proptèr meritò dicendũ erit omnia necessaria concurrere ad effectum, vt dici possit quod cognitio dictæ causæ ad Curiam Ecclesiasticam spectabat.

267 Cum Primò respõdetur, cum omnibus supradictis, & præcisé quod Michael Rogerius qui illud ducebat non erat, nec famulus, nec minister, sed veré Dominus dicti vini, & persona ad quem lex privilegium credẽdi in ista causa non tribuit, imò tamquam tractãs pro se exonerando, & ad

pœnam

pœnam transgressionis evitādam, vllam fidem facit, nec meretur; (sicuti supra plenè probavimus) eo fortius quod tempore, quo vinum apprensum fuit, non iuravit illud Canonici esse, in quo tempore cum iuramento debebat saltem sic esse attestare.

268 Secundò dico, quod dicta procedunt, nempè quod famuli iuraméto statur, (si prænarrata non concurrunt) quando Clericus est absens secùs veró, quando est præsens; quia tunc tenetur ipse iurare, & non famulus ad hoc, vt ei credi possit; (si qualitas personarū nō repugnet) ità scriptū reperitur apud Glos. *in Clementin. præsenti in verbo non negotiandi, de censibus.* Bald. *in l. cum proponas num.* 10. *vers. in hoc autem C. de natur. fenor.* Ferret *de Gabellis num.* 12. *&* 209. Iason. *in l. cæteras §. sed, & si quis num.* 10. *ff. de legat.* 1. Vital. *in d. clement præsenti num.* 26. *de censibus* Clau. Totius *allegat.* 19. *num.* 4. Abb. *in cap. ex parte ill.* 3. *in* 1. *not. de privilegijs.* Sed in casu nostro Canonicus prædictus erat præsens, & non iuravit, & qualitas rerum, & personarum (non obstante etiam iuramento) ad aliter credendum persuadebat; nempé vinum prædictum apud Michaelem Rogerium laicū Agricolam apprēsum, Canonici non esse (sicuti omnia supra concludenter ostendimus): ergo etiam ex isto alio capite bené Civitas processit, & ritè, Iuridicèque ad executionem prædictam faciendam devenit.

CONCLVSIO.

269 NEC Ioannis de Amicis, Ripę, & Martæ Doctrinæ obstant; cū tā dicti Doctores, quam omnes alij (ex multis quos viderim) loquuntur, vel in nostrum favorem, vel in puris, & generalibus terminis, videlicet, quando prohibitio non fuit facta pro publico bono omnium civium, & Civitatis, nec non, & privato Ecclesiasticorum; vel quando Ecclesiastici beneficio prohibitionis non vtuntur; vel vsi fuerunt, aut quando si prędicta concurrerent, attamen probata non fuerunt, aut quando privilegium ipsos non comprehendebat, non ex defectu iurisdictionis, sed voluntatis cōcedentis, aut quando libertati Ecclesiasticæ repugnaret, vel si consuetudo, & observantia immemorialis, vetusta, aut ad minus centenaria pro illo qui contra Ecclesiasticos prætendit procedere, probata non extitisset cū ostensione tituli validi; vel quando non fuit expressé, vel tacité à Summo Pontifice privilegium confirmatum, seu quando, adest sententia quod Ecclesiastici, non sunt comprehensi; aut quando isti, & etiam Episcopus non consenserunt in dicta prohibitione, & acquieverunt in ea, plumba recipiendo, licentiam petendo, & alia faciendo, vel quando res pœnes Clericum, aut eius famulum, seu ministrum reperta fuisset, vel quando res fuit inventa pœnes laicum, & agricolam, & non fuit plenè, & concludenter, nec tempore apprensionis, nec vnquam probatum Ecclesiasticæ personæ esse, aut quando vinum re vera constabat Clerici esse, & hoc nō obstantę scientèr fuit deventum ad procedendum contra bona Ecclesiasticorum, aut quando executio facta fuisset in persona, & non in bonis Ecclesiasticæ personæ, vel ad minus in re apprensa tantum; & aportata contra prohibitionem, aut quando qui vinum ducebat conductor non erat, seu portator vini Clerici, sed alia persona, quæ privilegio fori Ecclesiastici gaudebat; & finaliter, quādo non toti & tanta, quæ in nostro casu adsunt

non

non concurrerent; quia in terminis nostris non vereor dicere, quod nullus Doctor contrarium dicens inveniri potest, quando in alijs, & multum diversis, si in puncto iuris aliqua quæstio adere posset; attamen secus de cõsuetudine, quæ attendi debet; Cum Diana in loco citato, etiam in suo casu testatur; statutum laicorum de vino forensi in Civitatem non introducendo, in Romana Vrbe observari etiam contra Ecclesiasticos; Grassus dicit idem observari in Civitate Panormitana; Cutellus *de immunitate Ecclesiastica lib. 2. quæst. 70. per totam* affirmat idem in Civitate Messanæ; citatus Morla *in Empor. iuris part. 1. tit. 1. quæst. 16. ff. de legibus num. 19.* dicit in tota Hispania idem observari; Menoch. Bald. Rub. in locis citatis, & infiniti alij DD. quasi in tota Christianitate itá observari, & practicari dicunt; (& DD. attestantibus de consuetudine, præcisè eorum patriæ plené creditur) & sic concludendum est in casu nostro ex omnibus supradictis, quod ista causa contensionis in favorem Curiæ Sæcularis determinãda erit, imò adversarij ad omnes expensas à Civitate factas, & faciendas, tanquam temerè litigantes condemnari debent.

270 Et si qui istam meam, non laconicé scriptam, allegationem vident, & legunt, egrè ferunt, quod largé scripsi, rogo magnitudini, & prudentiæ ipsorum, vt censuram detineant; cum Tiraquell. *de retractu lignager §. 1. glos. 13. sub. num. 2.* dicit ibi. *Tamen vt non intremus in maximum illud pelagus, vtrum statuta laicorum ligant Clericos, & Ecclesiam.* Ex quibus verbis nõ obscuré infertur, quod sicuti impossibile est magnum mare in brevi spatio restringere, itá facile non est pelagus immensum iuris, (& specificè huius causæ) in paucis paginis reducere; Eo magis, quod citatus Doctor de vna sola quæstione de quammultis, quæ in ista allegatione tractantur loquutus fuit; vnde si vna sola maximum pelagus appellavit, quid dicendum erit quando de tot, & tantis tractactandum est, provt in casu nostro, & quando Civitas itá voluit.

271 Hæc sunt quæ in dæfensionem huius causæ, modici quidem pro ipsius magnitudine, & gravitate acriter autem pro ingenij mei viribus, iustitia ipsa mentem, & calamum dirigente exaravi. Tẽpus iam est vt vela contraham, & iuridicæ isti allegationi veluti periculosæ navigationi finẽ imponẽs; in portu tandem conquiescam. Siquæ interim minùs accuraté, minus eleganter dicta, vel expensa rigidũ Zoilorum examen invenerit, Parcant quæso censuræ, temperant decacitati. Homini peregrino mox in Patria vela facturo; ne quæso in hac brevi iuridici maris excursione omitusam excitent tempestatem. Meminerint obsecro id quod vetusto fertur adagio, non omnibus datum esse Corinthum ire: non omniũ eam esse fœlicitatem, vt cum Argonautis aureum assequantur legalis professionis vellus; vel cum Theseo crudelem confodiant invidiæ Minotaurum; & cũ eodem Sinnosos iuridici Labyrinthi anfractus, vel Ariadnæ filo ingeniosé evadant, vel Dædalæis alis fortunaté supervolent. Feci ego, quod potui vir exterus, in hac Nobilissima Illustrissimaq. Vrbe per trãsennã degens, librorum supellectili destitutus, & quod magis est illa animi quiete carens, quã vnicè studia desiderant. Et ego quidem hánc Provinciam omninò nõ suscepissem, nisi me timẽtem, ac penitus recusantẽ plurimæ rationes quibusdam veluti aculeis validissimis incitantes à sentẽtia discedere coegissent.

ſent. Nobilis in primis ac multū Fidelis, & Illuſtris Civitatis Balagarij perſpicua in hac cauſa iuſtitia, & in omnibus à ſe geſtis præclara fortitudo, vt ſibi adeſſem iubebat; Addebat animos Illuſtris admodū, ac Reverendi Domini D. Frācīſci Pons Cancellarij meritiſſimi, ſub quo Iudice pendet hæc cauſa, perſpecta omnibus Nobilitas, prudētia, æquitas, & animi magnitudo, quæ meos qualeſcūq. labores benigniſſimé à tāto viro excipiēdos fore promittebant. Non parū item præſidij, ac favoris in futuris conſultoribus ex numero tot ſapientum eligendis, & in præſtantiſſimo, & doctiſſimo viro cauſæ Relatore V. I. D. Ioſeph Roig, imbecillitas mea ſperavit. Eorum deniquè qui huic cauſæ patrocinātur Virorū ſcilicet D. Ludovici Valencià in hac Barcinonenſi conſpicua Vniverſitate Interpretis Canonum primarij, Equitiſquè ex nobiliſſima progenia orti, & Ioſeph Areny Doctoris in eadem facultate præſtantiſſimi, dictæque Civitatis advocati, Summa Sapientia effecit omninó né timerem; ſiquidem errores quicumque, ac defectus mei facilé ſub tantis Magiſtris corrigi poterāt; vel pœnitus ijſdem ducibus, & auſpicibus evitari, aut ex allegatione ab ipſis in hac eodē cauſa facta emendari. Iſtarum rationum pondere devictus ceſſi, ſuccubui, parvi, & huic lucubratiunculę, conficiendę animum adieci. Iuvat nunc illā egregijs Anſaldi verbis concludere quibus ille ſuum *de iuriſdictione* opus coronavit dicens ibi. *Et ſicuti in huius operis vigilia, & laborem non alium ſenſum habui quam iuſtitiæ* (Civitatis) *inſervire, cuius pars veritas* (*quā ſemper colui* (iuxta illud adagium amicus Plato, amicus Cicero, magis amica veritas) *dicitur, eſſe, & de qua iuſtitia, pax, ſivè concordia deſcendit, quam quidem pacem propter iuſtitiam Regnantes adepti*(*ex quadam ſimilitudine deſcenſiva, vt Bald. inquit in Prohem. Decretal. Rex pacificus num.* 26. *Cum omne quod ab aliquo deſcendit eius imaginem, & ſimilitudinem teneat l. cum acutiſſimi* 7. §. *quamobrem iubemus C. de praſcription.* 30. *vel.* 40. *annorum*) *exemplo Chriſti pacifici eſſe dicantur ita libentiſſimo, ſpontaneo animo à principio huius operis* (allegationis) *pergendo; ad finem Sacros Canones pœnes me ſemper apertos habens, videns, ponderans, venerans, ſectans, me, omniaquè, & ſingula ſcripta mea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ correctioni, & cenſura in omnibus, & per omnia humillimè ſubieci, ſubmiſi, ſubijcio, atque ſubmitto. Proteſtans me nihil aliud noluiſſe, ac velle ſentire, niſi quod Sancta Mater Eccleſia Catholica Romana tenet, & docet.*

Don Franciſcus Brunus Brancacius V. I. D.

Die 22. Aprilis 1668. Imprimatur.

De Caſademunt olim de Boxadós Regens.